ab *aliqua re*: Plavt. Cist. 60 *v. p. 1822, 50.* Plin. nat. 11, 233 *v. p. 1822, 12.* 24, 15 a sole (*an i. q.* '*post s.*'?). 28, 73 ab ictu. Chiron 580 *v. p. 1821, 44.* *cf. etiam p. 1821, 53.* de *aliquo, aliqua re*: Cic. Att. 6, 6, 2 *v. p. 1822, 67.* 7, 3, 8. 12, 1, 2. 12, 14, 4. 13, 46, 4. 15, 2, 4. 16, 4, 1 Hor. epist. 1, 14, 7. Ov. ars 2, 448 de quo laesa puella -et. met. 7, 831 *al.* Herm. vulg. sim. 9, 32 p. 158, 9 -es de vestimento tuo (Pal. tristis efficeris. *gr.* *περὶ ἱματίου λυπεῖται*). Tert. pudic. 8 p. 235, 9 Scap. 1 p. 540 Ö. Schol. Cic. Bob. p. 125, 18 St. Clavd. Don. Aen. 2, 365 p. 197, 19 Avg. nat. bon. 20 p. 863, 20. Plin. Val. 5, 2 *et* 3 *v. p. 1821, 65.* Marcell. med. 1, 62 (*v. p. 1821, 64*) Chromat. beat. 5 Greg. M. moral. praef. 10 Corp. VI 8827. 20153. 20450. XIII 2087. *al.*

ex *aliquo, aliqua re*: Plavt. Capt. 928 ex animo (Apvl. met. 3, 11). Cic. fil. Cic. epist. 16, 21, 3 Caes. Gall. 1, 14, 5 Vell. 2, 130, 4 Sen. dial. 6, 24, 4 *al.* Cypr. epist. 13, 1 Firm. math. 5, 3, 26 Carm. epigr. 152. 161 Corp. I^2 2139. VI 9438. XI 932. unde: Ov. am. 2, 7, 4. inde: *v. p. 1828, 38.* ob *aliquid*: Pollio or. frg. Prisc. gramm. II 383, 15. propter: Cic. Tusc. 3, 74 Qvint. inst. 9, 4, 143 Clavd. Don. Aen. 11, 145 p. 428, 24. *alicuius rei, personae* causa: Cic. epist. 16, 11, 1 Carm. epigr. 653, 2. super: *aliquo, aliqua re*: Ambrosiast. in Gal. 3, 2 Hier. in Ier. 1, 83, 2 *bis* Vvlg. iud. 10, 16 II reg. 1, 26 *al.* Salon. in eccles. p. 996^c Epist. Austras 4. *aliquem, aliquid*: Vvlg. Ion. 4, 10 *al.* Ps. Avg. quaest. test. I 102, 8 Evagr. sent. virg. p. 150, 76 (*v. p. 1824, 45*). in: *aliqua re*: Cic. epist. 6, 2, 2 ad Q. fr. 3, 1, 17 ad Brut. 1, 9, 2 Mat. Cic. epist. 11, 28, 3 Cypr. epist. 21, 2 Avg. civ. 14, 9 p. 20, 18 D. *al.* *aliquo*: Ambr. obit. Valent. 79 (*v. p. 1823, 33*). pro *aliqua re, aliquo* (*cf. C. F. W. Müller, Akk. p. 125*): Sall. Iug. 39, 1 Sen. dial. 11, 19, 2. 12, 9, 2 Corp. IV 2258^a Gell. 6 (7), 3, 18 Herm. vulg. *et* Pal. sim. 6, 3, 1. Cypr. epist. 17, 1 Vvlg. num. 11, 1 pro labore. Clavd. 15, 428 Avg. c. Iul. 1, 1, 1 *al.* Doctr. apost. 5, 3 (*v. p. 1830, 29*) Comm. instr. 1, 1, 7 Salv. gub. 1, 8 Drac. Orest. 730 Pass. Perp. 6, 5. 9, 3. *acc. limit. v. p. 1821, 34.* sub *aliqua re: v. p. 1826, 31.* contra *aliquem: v. p. 1824, 34.* *part.*: Cic. Att. 15, 26, 1 -et dubitans, utrum. Verg. georg. 2, 499 miserans inopem. Hier. epist. 51, 6, 3. Hor. carm. 3, 4, 73 *v. p. 1827, 27.* Cypr. unit. eccl. 20 p. 228, 6 quae . . . videntes ingemescimus et -emus.

dolendi: causa: Cic. carm. frg. 42, 3 esset -i causa (Eurip. frg. 818, 3 N. *εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν*). Ov. epist. 19, 125 *v. p. 1821, 7.* met. 11, 345 Sen. dial. 12, 4, 3 Avg. civ. 13, 2 p. 558, 9 D. consuetudo: *v. p. 1821, 5.* decor: Sen. epist. 99, 21. disciplina: Sen. dial. 12, 15, 5. finis: Sen. epist. 63, 12 *al.* fines: Stat. silv. 5, 5, 61. libido: Sen. dial. 12, 4, 1. modestia: Sen. dial. 6, 3, 4. modus: Sen. dial. 5, 40, 1 Plin. epist. 8, 17, 6. nobilitas: Lvcan. 8, 329 (*cf. p. 1822, 84*). status: *v. p. 1820, 38.* tempus: Sidon. epist. 8, 11, 2. voluptas: Cic. fin. 2, 10 (*v. p. 1820, 36*) Plin. epist. 8, 16, 5.

dolendus, -a, -um *quasi adi.* (*tristis, miser, calamitosus; cf.* Synon. Cic. Char. gramm. p. 430, 6 B. -endum [*ibid.* miserandum *sim.*]. Clavd. Don. Aen. 12, 260 miseri, hoc est -i): *passim, v. supra, maxime p. 1825, 14 sqq.* *adde*: Avg. civ. 8, 21 p. 351, 27 D. 19, 6 p. 364, 18. 19, 7 p. 367, 8 epist. 148, 4 Svlp. Sev. Mart. 17, 1. 27, 3 dial. 3, 16, 2 Favst. Rei. grat. 1, 9 p. 28, 13 Cassiod. in psalm. 101 (div.) var. 3, 2, 1 *al.* Carm. epigr. 1010 triste sepul⟨to epulum⟩ mensamque -a⟨m⟩.

-enda, -ōrum *pro subst.*: Ov. trist. 5, 1, 26 si . . . requiret, unde -a canam: multa -a tuli (rem. 226. Carm. epigr. 1169, 3 -a . . . canitis). Vell. 2, 130, 4 -a . . . retulimus: veniendum ad erubescenda est. Clavd. Don. Aen. 1, 460 p. 93, 17 -a protulit. 1, 665 p. 132, 28 *al.*

ex part. adi. subst. **dolēns**, -tis. *comp. v. l. 43. 45.* *superl. v. p. 1823, 53.* *abl.* -i: *v. p. 1820, 3.* *gen. plur.* -um: *v. p. 1820, 5.* *tristis, luctuosus, iratus, miser, sim.* *exempla adiectivi v. p. 1822, 33 sqq. 1824, 34 al.* *subst. masc., fem.*: Cic. nat. deor. 2, 145 *oculi* iratum propitium, laetantem -em, fortem ignavum *eqs.* . . . cognoscunt. fin. 2, 16 *bis.* 2, 28. Lydia 42 Luna, dolor nosti quid sit: miserere -is (*i. amatoris*). Hor. carm. 3, 1, 41 -em nec Phrygius lapis nec purpurarum . . . delenit usus (Porph. dolorem corporis animique). ars 432 conducti . . . in funere . . . faciunt prope plura -bus ex animo. Tib. 1, 8, 73 lacrimas . . . -is. 2, 3, 73 (*v. p. 1823, 64*). Prop. 3, 8, 23. 3, 10, 7 aspiciam nullos . . . -es. Ov. rem. 510 signa -is (fast. 4, 586). met. 15, 549 Pont. 1, 3, 85. Sen. Phaedr. 1109 -um sedulus . . . labor. Tro. 1009 dulce maerenti populus -um. Octavia 51 animum -is (*sc. Octaviae*). Cvrt. 10, 9, 9 -is . . . speciem ostentare. Stat. silv. 2 pr. 12 carmen . . . a confuso scriptum et -i datum. 2, 1, 153 consolatur . . . -em. 5, 1, 6. 5, 3, 71 Theb. 3, 703. 6, 70 -es fama iuvat. 12, 217 Qvint. inst. 11, 3, 61. Tac. ann. 4, 12 habitum ac voces -um. Plin. epist. 9, 13, 15 querellas -ium. Anth. 83, 144 negat (reg- *cod.*) ira -i consilium. Itala psalm. 68, 21 (Cas.) *v. p. 1823, 19.* Tert. ieiun. 13 *v. p. 1820, 72.* adv. Marc. 4, 14 p. 462, 1 orat. 29 p. 199, 13 Cypr. ad Don. 5 p. 7, 13? (*v. app. crit.*). epist. 55, 19 -ere cum -entibus et cum flentibus flere (*cf.* Vvlg. Rom. 12, 15). 55, 29 *al.* 57, 2 p. 651, 20 -entium paenitentia. 68, 1 p. 744, 10 Paneg. 12 (2), 2, 3. 12 (2), 28, 2 Clavd. Don. Aen. 1, 385 p. 85, 1 animum -is. 1, 460 p. 94, 2 *al.* 4, 675 p. 418, 17 dictio . . . -is (*Didonis*). Hier. epist. 11, 2. Vvlg. psalm. 68, 30 sum pauper et -s (*πτωχὸς καὶ ἀλγῶν*). Sirach 9, 20 -ium arma (*gr. [9, 13] aliter*). Doctr. apost. 5, 3 non -es pro -e (*πονοῦντες . . . καταπονουμένῳ*). Avg. civ. 18, 51 p. 337, 22 D. serm. 49, 6, 6 ab irato . . . , a -ente, a succensente. Svlp. Sev. epist. 2, 5. Boeth. mus. 1, 1 p. 186, 9 in fletibus luctus ipsos modulantur -es. Carm. de resurr. 330 ululatus . . . -um (*sc. in tartaro*). Bened. reg. 4 -em consolari. Isid. orig. 7, 6, 42 Iob in Latinum vertitur -s. 7, 8, 18 Iona interpretatur . . . -s. Carm. epigr. 1823, 12 me . . . cito fecisti -em. Ps. Matth. euang. 29 *et* 30 *v. p. 1824, 34.* Avg. civ. 13, 11 p. 570, 14 D. qui in dolore *sunt, dicuntur* utique -es. *subst. neutr.*: Cic. fin. 2, 21 nec haberent ulla ex parte aliquid aut -s aut aegrum, id est autem malum (*Epicur. sent. select. X p. 73, 18 Us.* *καὶ οὐθαμόθεν οὔτε τὸ ἀλγοῦν οὔτε τὸ λυπούμενον ἔχουσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κακόν*). *cf.* Sall. Iug. 84, 1 dictitare . . . alia . . . magnifica pro se et illis -ia. Hier. in Ier. 6, 26 p. 889 nihil . . . -ius quam unum . . . perdere filium. *dub. an adv.*: Ov. met. 4, 246 nil illo (*sc. corpore nymphae enectae*) fertur *Sol* . . . vidisse -ius.

adv. **dolenter**. *comp. v. l. 52. 78 bis. 81 (cf. l. 43. 44).* *i. q. cum dolore, dolentis ritu, dolorem movens.* Gloss. Porph. Hor. epod. 5, 101 *ad* *ἐνπαθῶς*: -r. *de corpore infra l. 81, ceteroqui de animo.* Cic. dom. 98 (*loco corrupto*) haec omnia subire . . . atque ita ⟨pati *vel sim. add. edd.*⟩, ut (cum *et sim. codd.*) -r ⟨fer⟩as et sis non tam sapiens quam *eqs.* (-r assis *Peterson sec. part. codd.*). Sest. 14 de isdem rebus esse arbitror si non suptilius disputandum, at certe -ius deplorandum. 123 *histrio* cum ita -r ageret causam meam, ut vox eius . . . lacrimis impediretur. Vatin. 10 cum mihi . . . responderis aut ita impudenter, ut . . . , aut ita -r, ut. Phil. 8, 22 -r hoc dicam potius quam contumeliose: deserti . . . sumus (de orat. 2, 211 casus humanarum miseriarum graviter accipiuntur, cum dicuntur -r. Plin. epist. 4, 11, 2 in praefatione dixit -r et graviter '. . .'). orat. 131 *miseratione* ita -r uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus, ut *eqs.* Planc. Cic. epist. 10, 24, 6 quicquid . . . scribo, -r . . . magis quam inimice facio. Val. Max. 3, 5, 2 -r . . . homines ferebant pecuniam . . . dissici (*cf.* Cic. dom. 98 *supra l. 49.* Plin. epist. 1, 5, 4 haec me . . . -r tulisse. Amm. 29, 5, 55. Gloss. *δεινοπαθῶ*). Plin. epist. 9, 9, 1 Quintiani morte tam -r afficeris, ut. Cypr. laps. 28 p. 257, 23 hoc (*i. cogitationem facinoris*) . . . -r et simpliciter confitentes. 30 p. 259, 21 ingemisceres -r. 31 p. 260, 15. epist. 3, 1 graviter et -r commoti (65, 1). 55, 6 p. 627, 23 rogaretur -r . . . clementia. 56, 2 p. 649, 11 iugiter et -r (57, 3 p. 652, 14). 62, 3 p. 699, 30 -r examinans. Amm. 22, 5, 5 -r . . . exclamasse. 31, 5, 7 hoc . . . -r accepto (Ambr. Iac. 2, 7, 32 invitus et -r scaenam . . . exactae ultionis accepit). Serv. auct. Aen. 9, 214 *ad* '*matri miserae*': an -r . . . 'miserae' (*sc. dicit*), quae in consilio filii periclitatur? Schol. Hor. carm. 4, 6, 17 *ad* '*heu nefas*': -r exclamat poeta Achillem . . . potuisse (Dionys. Exig. epist. ad Eugipp. cum propheta -r exclamat). Prvd. perist. 2, 26 fletum -r fundere. Avg. serm. 294, 21, 20 habete (*i. habitate?*) cum illis amice fraterne placide amanter -r (*i. misericorditer*). Avell. p. 6, 22 quanto . . . fraudulentius agunt, tanto et perniciosius grassantur et -ius aestuat veritas. p. 11, 13 -ius ingemiscere. p. 572, 5 litteris . . . est . . . infidelium . . . furor -r expositus (*ἡ . . . μανία λυπηρῶς δήλη γέγονεν*). Cael. Avr. chron. 5, 1, 6 ut . . . *psoadici* difficilius ac -ius subrigant. Clavd. Mam. epist. p. 199, 1 illud etiamnum -r faxo tacitum (*i. tacebo?*), quod libellos . . . nullo umquam impertivisti rescripto? Apon. 1 p. 15 propheta -r admiratur tam grandes . . . copias esse. Hist. Apoll. rec. A 28 omnes casus

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suos eis -r exposuit. CORP. VIII 21800 (*a. 359*) filius -r domum Romula(m) fecit (*sim.* 21803. 21807).

synonyma (*cf.* SYN. Cic. Char. gramm. p. 422, 24 B. dolenter: aegre. acerbe. indigne. moleste. graviter. iniquo animo), *adiuncta* (*addam locos supra non allatos*): aegre est alicui, aegre ferre, angi (CIC. Tusc. 3, 21. 25. 83 Lael. 59 LVCC. Cic. epist. 5, 14, 2 SEN. Thy. 1104), ardere (NON. p. 240), commoveri, contristari (CYPR. epist. 11, 4 SALON. in eccles. p. 996ᶜ), cruciari, flere (OPTAT. 7, 3 p 172, 6 *al.*), gemere (CLAVD. DON. Aen. 12, 885 *al.* AVG. op. monach. 33, 41), impatienter ferre (TERT. patient. 5 p. 7, 2 *al.*), indignari, indigne ferre (SEN. dial. 7, 15, 6 AMM. 28, 1, 32), ingemiscere (CIC. Vatin. 31 VAL. MAX. 5, 10, 2), invidere (CIC. Lael. 59), irasci (SCHOL. Cic. Bob. p. 125, 28 St.), laborare (*cf. p. 1820, 51. 1821, 57 sq.*), lugere (CIC. Tusc. 3, 83 LVCR. 3, 887 SEN. dial. 12, 3, 5 HIER. epist. 39, 1, 1), macerari (CAES. carm. in Ter. 6), maerere (CIC. Tusc. 3, 83 TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 462, 1), male est *alicui*, moleste ferre (CIC. epist. 9, 2, 2 PANEG. 12 [2], 13, 3), pati (TERT. orat. 29 p. 199, 13), plangere (HIER. in Ier. 1, 83, 2), plorare (PORPH. Hor. epist. 2, 1, 9), queri (MART. 6, 59, 1 VIR. ill. 66, 10), stomachari, torqueri (SEN. dial. 9, 2, 7), tristitiae se tradere, vapulare (STILO Fest. p. 372). *alia nonnulla invenies* CIC. Tusc. 3, 83. *opposita*: delectari (PORPH. Hor. epist. 2, 1, 9), exultare (TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 462, 1 GALLICAN. Avid. 8, 1 HIER. epist. 20, 5, 1), favere (VEN. FORT. carm. 4, 26, 136. 10, 6, 24), gaudere (TER. Phorm. 1051 CIC. fin. 2, 41 *al. v. sub* gaudeo), gratulari (OPTAT. 6, 3 p. 147, 17), iucunditatem capere (TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 462, 1), laetari (CIC. fin. 2, 16 Lael. 47 epist. 2, 1, 2 SALL. Iug. 14, 22 *al.* OV. met. 8, 44 APVL. apol. 14 Socr. 13 p. 147 VIR. ill. 66, 10 AMM. 25, 3, 15 *et saepius*), ridere (HIER. epist. 51, 5, 1), valere, vigere.

deriv.: dolentia, dolesco, dolito. *cf.* dolidus. dolentulus? (*v. Onomast.*).

compos.: circum-, con-, de-, perdoleo. con-, in-, perdolesco. *ad* -ens: indolens. subdolens.

dolēsco, -ere *a* dolere. GLOSS. II 254, 24 ἄχθομαι doles⟨c⟩o. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 6 *musculi* tactu tentati -unt. *cf.* indolesco.

dōleum, -eus *v.* 1. dolium. [*Hey.*

×dōliāris, -e *a* 1. dolium. **1** *proprie: quod in dolio inest*: VLP. dig. 18, 6, 1, 4 -e vinum. **2** *translate*: **a** *de rebus: de lateribus tegulisque in officina, in qua dolia fiunt, effectis; cf. Dressel, Corp. XV p. 1 sqq., imprimis p. 4 et 8.* **α** *accedit ad subst.* opus *vel* solum *ponitur, ex. gr.*: CORP. XV 2 o(pus) d(oliare) ex s(enatus) c(onsulto). 9 op(us) dol(iare) ex pr(aedis) Aiacia(nis). 10 ex pr(aedis) Aiacianis op(us) dol(iare) ex of(ficina) Cal(petani?) Primit(ivi). 46 opus -e ex praedis Aug(usti) n(ostri) a Publicio Consorte (INSCR. Müller-Bees, Inschr. d. jüd. Katakombe am Monteverde 93 opus -⟨e⟩ ⟨e⟩x praedis Aug(usti) n(ostri) C. Comini Sa⟨b⟩iniani). 123 o(pus) d(oliare) d(e) f(iglinis) D(omitiae) L(ucillae) f(ecit) August(alis?) L. Munati Crescentis. 129 Tert(ius) D(omitiae) L(ucillae) ex f(iglinis) Can(inianis) op(us) dol(iare) fe(cit) *et passim.* VIII 10475, 3. 22. 23. IX 6078, 8. 9. 78. X 8043, 8—15. 17. 25. 8331, 1. XIV 4089, 2. 3. 17. 28. 4090, 16. 18. 20. 22 (XV 856 operis dolia Cosmus *errore scriptum pro* opus dolia(re) Cosmi). *inde* doliare *solum positum, ex. gr.*: CORP. XV 258 Aprilis Agathobuli Domiti Tull(i) d(e) L(icinianis) dol(iare). 314 imp(eratoris) Cae(saris) Tra(iani) Aug(usti) ex figli(nis) Marc(ionis) dolia(re) C. Calpetani Favoris. 833 Terti A. Aristi Menandri doleare. 1088 dol(iare) de pr(aedis) Dom(itiae) Luc(illae) Vlpius Anicetian(us) fec(it) *et passim.* 1958 ex doliar(i) Iuni (*cf. Dressel l. c. p. 7 adn. 3*). X 8043, 16. 30. *nota*: CORP. XIV 4089, 14 opus doliarem (XV 759. 2177). *inde* doliarem *solum positum*: CORP. XV 831. 1257. 1258. 1638. *nota*: CORP. XV 376ᵃ L. Bruttidius Augustalis fec(it) opus doliarae *cf.* 908 C. Calpetani Restituti doliarae. *ad* opus figlinum: CORP. XV 279 op(us) fig(linum) dol(iare) (738. 746. 1047. 1500). **β** *ad alia subst.*: CORP. XV 236ᵃ fundi Furiani Preciliorum doliaris figl(ina) (236ᵇ). 646 teg(ula) doli(aris) (647—649). 650ᵃ tegl(a) secipedale dolia(ris). 650ᵇ tecl(a) seciped(alis) dolia(ris). 651ᵃ tegl(a) bipedal(is) doliar(is). 651ᵇ ⟨te⟩cl(a) bipedalis doliaris. 362 bipedale dolia(re). 170 tessera doliar(is). **b** *de hominibus: qui dolio similis est*: PLAVT. Pseud. 659 apud anum illam -em, claudam, crassam. *cf.* DON. Ter. Andr. 770.

dōliārius, -a, -um *a* 1. dolium. *quod ad dolia pertinet*: CORP. XV 1390 ex offi(cina) dolearia Maioris. *inde subst. m.* dōliārius, -ī. GLOSS. III 309, 13 (dulearius *cod.*) πιθοπλάστης. *subst. n.* dōliārium, -ī. *i. q. locus, ubi dolia sunt*: GAIVS dig. 18, 1, 35, 7 si ex doleario pars vini venierit.

dolichodromos, -ī *m.* [*δολιχόδρομος, *cf.* δόλιχος, δολιχοδρόμος. *Th.*]. HYG. fab. 273 p. 147, 16 vicerunt Zetes ... -o, Calais ... diaulo.

dolichos, -ī *m.* [δόλιχος. *Th.*]. *nomen herbae ex genere fabarum, ut videtur* (*cf. Olck, PW. III 623, 21 sqq.*): PLIN. nat. 16, 244 quaedam ... cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt, sicut viscum ..., item circa Tempe Thessalica, quae polypodion vocatur et quae -os ac serpyllum.

dolidus, -a, -um [*cf.* c. dolere, dolor. *Th.*]. *quod dolorem excitat*: CAEL. AVR. acut. 3, 3, 11 omnis ... motus -us est tumore oppressis (*cf.* chron. 3, 4, 66 plantae cavum, quod tumore -um ... fiet). acut. 3, 6, 67 vestigiorum -us sensus. chron. 5, 10, 99 -a cibi perceptio.

dōliolum, -ī *n.* [*a* 1. dolium *deminutive. Th.*]. *formae*: doleolum: MARCELL. med. 17, 52. 20, 92. duleolum: THEOD. PRISC. phys. p. 257, 10. GLOSS. βικίον, βῖκος. VARRO ling. 5, 157 Doliola (*v. Onomast.*) ... a -is sub terra (*cf.* LIV. 5, 40, 8 PAVL. FEST. p. 69). COLVM. 12, 44, 3 uvas cum ... legerunt, -a nova sine pice in sole siccant (DIOSC. 5, 40 ipsas ubas ... mittunt in -is). ITALA Ier. 19, 1 (Wirc.) compara -um factum fictilem (βικὸν πεπλασμένον ὀστράκινον. VVLG. lagunculam figuli testeam). 10 conteres -um (*cf.* HIER. in Ier. 19, 1 p. 973 -um testeum). VEG. mulom. 3, 13, 3 *herbas* in pyxidem vel vitreum -um condis (MARCELL. med. 8, 75 recondes in -o vitreo [20, 92. 29, 46 condes]. 9, 58 reponuntur ... in -o vitreo [17, 52. 20, 88 in -o vitreo signato. 36, 73 THEOD. PRISC. phys. p. 257, 10 CASS. FEL. 76 p. 184, 9 MISC. Tir p. 49, 1. *cf.* DIOSC. 5, 112 reponis in -o plumbeo]. ANON. med. ed. Piechotta 174 mittes eum *scorpionem* in -um vitreum [APIC. 1, 13 lasar in spatiosum -um vitreum mittis. *cf. supra l. 6*]. MACR. Sat. 7, 14, 1). CHIRON 857 colliges in -o. DIOSC. 3, 41 coronae *ex sampsucho* factae -is ... supponuntur. *translate de calycibus florum*: PLIN. nat. 11, 32 ibi optimus *liquor melleus* semper, ubi optimorum -is florum conditur. *cf.* 38 *et adn. crit.*

dolito, -āre [*a* dolere. *Th.*]. *i. q. dolere*: CATO agr. 157, 7 *brassica* omnia sana faciet [et] intro quae -bunt (*syn. ibid.* dolere)

dolītus, -a, -um *v.* 1. dolo.

×1. dōlium, -ī *n.* [*fortasse cf. c. slavon.* dьly (*gen.* dьlъve) '*dolium*' *et c* dolare; *cf. Lidén, Stud. zur altind. u. vergleich. Sprachgeschichte p 80. Th.*] *formae*: **e** *pro* **i**: CATO agr. 23, 3 *bis* VARRO rust. 1, 13, 6. 1, 61 (oleis *codd.*). 3, 15, 2 AETNA 267 VITR. 5, 5, 8. 7, 12, 1 FRONTIN. strat. 3, 14, 2 MENOL. Colot. *et* Vall. Sept. (Corp. I² p 281) *al. cf.* PORPH. Hor. epod. 3, 3 'alium' dicendum, ut 'solium, -um', non ut vulgo 'aleum'. CHAR. gramm. I 70, 27 dolium, alium ... sic enim dici debent, non, ut alii ⟨qui videri volunt⟩ diserti dicunt, aleum per e et doleum (BEDA gramm. VII 263, 31. 270, 6). dulium: GLOSS. III 572, 47. duleum: GLOSS. III 326, 29. doleus: NIPS. grom. p. 296, 18 doleos (*fort.* 9. 14). ITIN. Anton. Plac. rec. A 39 doleos (*Rhenaug.*, doleas *Sangall.*). GLOSS. III 357, 58 dolei (dulci, *corr. Goetz*) πίθοι. *cf.* PROB. app. gramm. IV 198, 2 (*Heraeus, Archiv 11 [1900] 309; Baehrens, App. Probi p. 40 sq.*) doleus (doleum *in* doleus *correctum videtur*) non dolium. *gen. sing.*: CHAR. gramm. I 71, 3 in genetivo debet geminari, ut huius pallii scrinii dolii. AVG. gramm. V 499, 11. GLOSS. πίθος (*cf.* PLIN. nat. 3, 82 Pithecusa non a simiarum multitudine ..., sed a figlinis -orum). -a hydr⟨i⟩ae, vasa. *legitur inde a* PLAVTO. *ex coni.*: CATO agr. 154 VARRO rust. 1, 61 CIC. Pis. 67. *loci corr.*: PLAVT. Truc. 39 FEST. p. 253. *de re cf. Mau, PW. V 1284 sqq.; Marquardt-Mau, Privatleben d. Römer 646 sq.; Daremberg-Saglio, Dictionnaire des ant. gr. et rom. II 332 sq.; Ruggiero, Diz. epigr. II p. 1936; Blümner, Röm. Privataltert. p. 148 sq. al.* [*it.* doglio, *francog. vet.* douil. *M.-L.*]

vas ad res condendas destinatum: *de nomine v. vol. III p. 183, 56 sqq.* *de fabricatione*: PAVL. dig. 8, 3, 6 pr. ut -a fiant *in figlinis (cf. supra l. 41). nota proverbium*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 47, 2 in -o discere artem figuli, hoc est in periculo animarum doctrinam discere pietatis (*cf. Plat. Gorg. p. 514ᴱ* τὸ λεγόμενον ... ἐν τῷ πίθῳ τὴν κεραμείαν ἐπιχειρεῖν μανθάνειν). *de materia: plerumque fictile*: VITR. 5, 5, 8 COLVM. 12, 56, 3 IAVOL. dig. 33, 7, 26. GLOSS. Werth. Gallée 338 (*v. p. 1833, 7*). *vitreum*: COLVM. 12, 56, 3 MARCELL. med. 18, 2 ITIN. Anton. Plac. rec. A 46 GLOSS. Werth. Gallée 338 (*v. p. 1833, 8*). *plumbeum*: IAVOL. dig. 33, 7, 26. *lapideum*: GLOSS. Werth. Gallée 338 (*v. p. 1833, 8*). *aeneum*: GREG. TVR. glor. mart. 80. *de forma*: COLVM. 12, 4, 5 vasa ... fieri oportet patenti ore et usque ad imum aequalia nec in modum -orum formata. PLIN. nat. 14, 134 figuras *doliorum* referre: ventriosa ac patula minus utilia. *cf.* CASSIOD. var. 2, 39, 2 fontem vidimus in formam -i (dolei *pars codd.*) concavis hiatibus aestuantem. *cum -iis comparatur figura cometarum quarundam seu specierum caelestium* (*cf. Gilbert, Die meteor. Theor. d. gr. Altert p. 598 sq. 656, 1. 657 adn.*): MANIL. 1, 842 *cometa* tumidis exaequat -a flammis procere distenta uteros. SEN. nat. 1, 14, 1 sunt pithiae, cum magnitudo vasti rotundique ignis -o similis vel fertur vel uno loco flagrat. PLIN. nat. 2, 90 pitheus -orum cernitur figura in concavo fumidae lucis. *de partibus*: *labra*: CATO agr. capit. 116 agr. 26. 107, 1. 2 COLVM. 12, 30, 2. *operculum*: CATO agr. 11, 2 VARRO rust. 1, 22, 4. 3, 15, 2 LIV. 38, 7, 11. 12 COLVM. 12, 44, 2 PLIN. nat. 14, 135. *cf.* CATO agr. 10, 4 opercula -is seriis priva. *adde*: CATO agr. 104, 2 operculum in -um imponito. 112, 3 ubi impleveris -um, operculo operito (113, 1 *testam* ponito in -o et operito. PALLAD. 4, 10, 10. *cf.* operimentum: PLIN. nat. 2, 137 *v. p. 1833, 35*). COLVM. 12, 30, 1 ab eo tempore, quo primum -a operculaveris. *latera*: CATO agr. 152 *scopis virgeis* latera -is intrinsecus usque bene perfricato, ne faex in lateribus adhaerescat. VARRO rust. 3, 15, 2. *fundus*: CATO agr. 162, 1 HOR carm. 3, 11, 27 LIV. 38, 7, 11 NIPS. grom. p. 296, 10. *uterus*: *v. supra l. 66* COLVM. 12, 4. 5. *os*: LIV. 38, 3, 11. COLVM. 12, 6, 1 -um quam patentissimi oris. *fauces*: COLVM. 12, 30, 2. *de magnitudine*: CATO agr. 11, 1 -a ubi quinque vindemiae esse possint culleum DCCC (VARRO rust. 1, 22, 4 -a cum operculis culleorum octingentorum. VITR. 6, 6, 3 -a cullearia. COLVM. 12, 18, 7 sesquiculleαribus -is). CATO agr. 69, 2

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in -um quinquagenarium (112,13. *cf.* 105,1 quadragenarium). PLIN. nat. 9,93 caput *polypi*, -i magnitudine, amphorarum quindecim capax (LIC. RVF. dig. 5,1,38 vini amphoras ex illo -o. PAVL. dig. 31,8,2 si quis legaverit ex illo -o amphoras decem. PALLAD. 11,14,10). PALLAD. 10,11,1 -um ducentorum congiorum. GLOSS. Werth. Gallée 338 doleum vas fictile ducentis decimatis II siclos capere potest. *ibid.* doleta (*sic*) vascula sunt magna lapidea et vitrea alia capientes modia CC, alia C, aliaque diversae magnitudinis sunt. *nota*: NIPS. grom. p. 296,9 dolei dicere pedes quadratos (14). 17 calcaria ... si non aequaliter instructa est in -i effigiem, metieris eam quomodo et doleos.

1 ***generaliter*:** CATO agr. 2,3 -a lavari, picari (112,3 in -a lauta et pura et sicca. COLVM. 11,2,70 -a partim picata, partim defricata et diligenter lota ... et recte siccata. *cf.* CATO agr. 23,1 -a quae opus sunt p i c e n t u r [25. 69,2 COLVM. 12,18,5. 44,2. 56,3 PLIN. nat. 14,134. 15,62 SVET. Claud. 16,4 VLP. dig. 19,2,19,2 PALLAD. 10,11,1 MENOL. Colot. *et* Vall. Sept. [Corp. I² p. 281]. *cf.* COLVM. 12,18,6 ut omnes -i partes *pice* linantur. PLIN. nat. 16,53 *pix* -is dumtaxat vasisque ceteris utilis]). CATO agr. 39,1 -a plumbo vincito vel materie quernea †virisicca (*cf. Goetz, ed. praef. p. XII*) alligato. *ibid.* medicamentum in -um. 39,2 eo -a sarcito (PLIN. nat. 18,236 -a quassa sarcire). 135,1 *emas* Romae -a, labra. VARRO ling. 5,137 falces sirpiculae vocatae ab sirpando, id est ab alligando; sic s i r p a t a -a quassa, cum alligata his, dicta (-a q u a s s a: *v. l. 21.* APVL. met. 9,7 -um nimis vetustum est et multifariam rimis hiantibus quassum. PAVL. dig. 19,1,27 si fundo -a accessura dixisset, non quassa, sed i n t e g r a dare debet [LABEO dig. 19,1,54,1]. *cf.* VLP. dig. 19,2,19,1 -a vitiosa) VARRO Men. 92 tit. -um aut seria (*cf. Otto, Sprichwörter p. 119.* TER. Haut. 460 CATO agr 162,1 LIV. 24,10,8 COLVM. 12,18,5. 28,3. 39,1. 52,14. 17 IVLIAN. dig 50,16,206). VARRO Men. 114 -a atque apothecas ... obbas ... calices (*cf.* PAVL. dig. 33,7,13 -a vasa ancones calices trullae). 165. 263 cellae claves claustra carnaria -a. PLIN. nat. 2,137 *fulmine* -a exhauriuntur intactis operimentis. APVL. met. 9,6 -um, quod ... vacuum frustra locum detinet. *ibid.* descendit in -um ... soliditatem eius probaturus. 9,7 *ter.* VLP. dig. 18,6,1 si nondum sunt degustata, s i g n a t a tamen ab emptore vasa vel -a (18,6,1,2). PAVL. dig. 18,1,40,5 -a ... peculiaria. ARNOB. nat. 2,23 vannus -um c u p a (PALLAD. 1,6,2 -orum cuparumque factores. AVG. quaest. hept. 4,32 de massa, de lacu, de -o, de cupa). IVVENC. 3,714. AMM. 20,11,10 -a desuper cadebant. CORP. VI 33219 ⟨? perit prae⟩cipitatus -o. *in imagine*: AMM. 16,5,8 si ... verum est ... Cyrum, *alios* ... valuisse memoria ... epotis quibusdam remediis, ... credendum est hunc ... totum memoriae -um, si usquam repperiri potuit, exhausisse.

2 ***speciatim*:** **a** *vas ad r e s l i q u i d a s condendas destinatum*: *α mustum vinumque*: *accedit vox musti*: CATO agr. 23,3 in doleo musti (PALLAD. 3,25,26). 23,4 mustum circumcidaneum suo cuique -o dividito. 104,1 musti Q. X in -um indito. VARRO rust. 1,13,6 ubi conditum novum vinum, orcae in Hispania fervore musti r u p t a e neque non dolea in Italia (SEN. epist. 83,16). 1,65 mustum conditur in -um, ut habeamus vinum, non promendum dum fervet (SCRIB. LARG. 111 musti ... in -o ferventis. AVR. Fronto p. 67,23 N.). AETNA 267 tumeant ut dolea musto (*cf.* PROP. 3,17,17 dummodo purpureo spument [*Itali*, numen *codd.*] mihi -a musto. COLVM. 10,432 *ut* multo completa Falerno exundent pingui spumantia -a musto). TIB. 2,5,86 oblitus et musto feriet pede rusticus uvas, -a dum magni deficiantque lacus. IVV. 9,58 quis plura linit victuro -a musto? *deest vox musti* (*vel vini*): CIC. Pis. 67 bibitur usque eo, dum de -o (solio *codd., corr. A. Augustinus*) ministretur. Brut. 288 num ... si is *vinum Falernum* potare velit, de -o sibi hauriendum putet? minime; sed quandam sequatur aetatem. OV. fast. 5,270 nebulae -a summa tegunt. CORP. IV 5519 (*in amphora; a. 63 p. Chr.*) dol(ium) I. d i f(f u s u m) est id(ibus) Iu(niis *vel* -liis) L. Verginio C. Regulo cos. (COLVM. 12,28,3 omne vinum cum condieris, nolito statim diffundere, sed sinito in -is liquescere; postea cum de -is aut de seriis diffundere voles *eqs.* APVL. met. 9,34 vinum, quod olim diffusum fuerat, in omnibus -is ... rebullire. PROC. dig. 33,6,15 *vinum* in -a ... coicimus, scilicet ut ex his postea ... in amphoras et cados diffundamus. *huc pertinere videntur*: CORP. IV 5572 XV k(alendis) Ian(uariis) de Arriano (*sc. fundo*) dol(io?) XV. 5573. 5577). *in imagine*: SEN. epist. 36,3 Ariston aiebat malle se adulescentem tristem quam hilarem et amabilem turbae. vinum enim bonum fieri, quod recens durum et asperum visum est; non pati aetatem, quod in -o placuit. FILASTR. 146 de -o inventos libros. *accedit vox v i n i sim.* (*cf.* SCAEV. dig. 32,93,4 vasa vinaria, id est cuppae et -a [*cf.* PROC dig. 33,6,15 si -a in vasis vinariis non sunt]. NON. p. 545,8 -a, vasa grandia, quibus vinum reconditur): PLAVT. Cist. 542 ei promisi -um v i n i dari (PLIN. nat. 19,135 APVL. met. 1,9. *cf.* MANIL. 5,679 *turba thynnorum* lacus et Bacchi -a complet). CATO agr. capit. 157 lex vino i n -is (148,1). 10,4 -a ... v i n a r i a X (39,1 VLP. dig. 19,2,19,2 FIRM. math. 8,10,7). agr. 23,2 siccum *vinum* ... in -a dividito. 26 -a cum vino. 113,1 de lacu quam primum vinum in -a indito. 154 ut in culleum de -o vinum (*Pontedera*, decovinum *codd. PA*) salire possit. VARRO ling. 5,177 ⟨in⟩ -um aut culleum vinum addunt rustici. rust. 1,13,7 cum fructus ... vinarius quaerat ad -a aera frigidiorem. HOR. epod. 2,47 (*nota hypallagen*) horna dulci vina promens -o. SEN. nat. 2,31,1 epist. 118,15 PLIN. nat. 14,89. 15,63 vina habentibus -is. 35,159 -is ad vina excogitatis. POMPON. dig. 33,6,8 vinum, quod in -is esset. GAIVS dig. 18,6,16 MAECIAN. dig. 35,2,30,4 SCAEV. dig. 33,7,27,3. PALLAD. 4,10,33 in -o vini pleno. *in imagine*: CASSIOD. in psalm. 70,23 psalmos vasa esse veritatis quasi spiritualia -a vinum domini incorrupto sapore servantia. *deest vox vini*: TER. Haut. 460 relevi -a omnia (PALLAD. 11,14,5 superlines -um et sexta vel septima die aperies [PAVL. dig. 47,2,21 qui -um aperuit]). COLVM. 12,18,6 -o in terram d e m i s s o (PLIN. nat. 14,134. *cf.* 133 mitiores plagae *vinum* -is condunt i n f o d i u n t q u e terrae tota [LABEO dig. 19,1,54,1]. SCAEV. dig. 32,93,4 -a quae in cella defixa sunt. VLP. dig. 7,1,15,6 doleis ... etsi d e f o s s a sint, uti prohibendum [33,7,8,1 PAVL. dig. 18,1,76 CAPITOL. Pius 3,5 MACR. Sat. 7,12,15]. 33,6,3,1 -*a* depressa in cella vinaria). COLVM. 12,21,3 purgamus -um. IVV. 6,431 *domina* sic, tamquam alta in -a longus deciderit serpens, bibit (*cf.* SCHOL.). PALLAD 11,14,14 -um ... c a n n a ... a g i t a b i s (15). 16 linimentum ... -i. *nota*: SEN. epist. 83,24 (*facete*) cum omnes viceris virtute magnifica (*sc. bibendi*) et nemo vini tam capax fuerit, vinceris a -o (*sc. quod etiam plus capit*). *aliter*: CLAVD. carm. min. 50,12 tuam vincant -a fusa sitim. *β oleum*: CATO agr. 10,4 -a o l e a r i a C (13,2. 69,1 -a olearia nova sic i n b u i t o [PLIN. nat. 15,33]. VARRO rust. 1,13,7 HIER. adv. Iovin. 1,26 p. 280 Vall. *Iohannes* missus in ferventis olei -um). CATO agr. 66,2 oleum in labrum primum indito, inde in alterum -um indito. 67,2 cotidie oleo locum commutet, donec in -um pervenerit. COLVM. 12,52,14 -a ... et seriae, in quibus oleum reponitur. 15. 16. *γ amurcam*: CATO agr. 10,4 -a ... amurcaria X. VARRO rust. 1,61 amurcam periti agricolae tam in doleis (*Victorius*, oleis *codd.*) condunt quam oleum aut vinum. COLVM. 12,52,5 lacus vel -a praeparata sub tecto habere oportebit, quae seorsum recipiant sui cuiusque generis amurcam.

δ aquam: RVFIN. hist. mon. 30 p. 456ᶜ -um sibi esse necessarium, ubi aquam ... congregaret. *huc pertinet*: PLAVT. Cas. 122 quando ad villam veneris, dabitur tibi amphora una et una semita, fons unus, unum ahenum et octo -a. GREG. TVR. glor. mart. 80 accendebatur ... focus ille sub doleo. *nota Danaidum dolium pertusum*: HOR. carm. 3,11,27 inane lymphae -um fundo pereuntis imo. TIB. 1,3,80 Danai proles ... in cava Lethaeas -a portat aquas. PROP. 2,1,67 -a virgineis idem ille repleverit urnis. PHAEDR. app. 5,11 urnis scelestae Danaides portant aquas pertusa nec complere possunt -a. HYG. fab. 168 p. 31,22 *Danaides* dicuntur apud inferos in -um pertusum aquam ingerere. *inde proverbialiter*: PLAVT. Pseud. 369 in pertusum ingerimus dicta -um (*cf. Otto, Sprichwörter p. 98*). *aliter* PAVL. FEST. p. 243 pertusum -um cum dicitur, ventrem significat.

ε urinam: LVCR. 4,1026 puri saepe lacum propter ... ac -a curta ... credunt se extollere vestem. *ζ muriam*: COLVM. 12,6,1 muriam duram sic facito: -um quam patentissimi oris locato in ea parte villae, quae plurimum solis accipit. id -um aqua caelesti repleto. *η loram*: VARRO rust. 1,54,3 expressi acinorum folliculi in -a coiciuntur eoque aqua additur: ea vocatur lora. frg. Non. p. 551. *ϑ passum*: COLVM. 12,39,1 acina decerpere et in -um aut in seriam conicere, eodem mustum ... subicere. 12,39,3.

b *vas ad r e s s o l i d a s condendas vel destinatum vel adhibitum*: *α frumentum*: CATO agr. 10,4 -a ... frumentaria XX (11,1). IVLIAN. dig. 50,16,206 -a ... et serias tamdiu *vasa vinaria* esse, quamdiu vinum haberent. cum sine vino esse desinerent, in eo numero non esse, quoniam ad alium usum transferri possent, veluti si frumentum in his addatur. *β far*: LIV. 23,19,8 farre ... cum complura -a *Gracchus* complesset, nuntium ad magistratum Casilinum misit, ut exciperent -a. 23,19,9. 11 FRONTIN strat. 3,14,2. *γ fructus* (*cf.* PAVL. sent. 3,6,37 conservandorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, velut -a, cupae [VLP. dig. 33,7,8,1]. *cf.* VARRO rust. 1,37,4 omnis fere fructus quinto ... gradu pervenit ad perfectum ac videt in villa -um ac modium, unde sexto prodit ad usum ... quinto condendum, sexto promendum): CATO agr. 143,3 *uxor habeat* pira et u v a s in -is et mala strutea (VARRO rust. 1,54,2 *uva* lecta defertur in forum vinarium, unde in -um inane veniat; electa in secretam corbulam, unde ... in -a plena vinaciorum contrudatur. COLVM. 12,44,2 *de uvis viriditatem conservantibus* [12,44,3 dum -um alternis furfuribus et uvis compleant]. 12,45,2 *de uvis ollaribus* [12,45,3. PLIN. nat. 14,16 *uvae* ollis fictilibus et insuper -is inclusae. *cf.* 15,65 singulis malis pirisque singula vasa fictilia assignant et operculo [*Dalecampius*, -a *codd.*] eorum picato [*Dal.*, -a *codd.*] -o iterum includunt]. PLIN. nat. 15,62 uvas ... in -o picato recenti suspendi. *cf.* 15,61 *sorva* in -is, ut uvas, ... suspendi]. DIOSC. 5,4 de uba qui ... in doleis serbantur). CATO agr. 143,3 m a l a Scantiana in -is ... condita habeat (*affert* PLIN. nat. 15,50. VARRO rust. 1,59,3 mala punica *manere* ... in -o harenae. *affert* PLIN. nat. 15,60. COLVM. 12,46,4 *de malis granatis.* 12,47,1 *de malis cydoneis.* PALLAD. 4,10,10). COLVM. 12,17,1 *ficus* in -um vel in amphoras conditur *ad acetum comparandum.* 12,56,3 *rapum* in -o picato fictili vel in vitreo componito. PLIN. nat. 13,106 bacas ... -is condi. 14,17 addit ... acinis eandem quam in -is amphorisve ... firmitatem auste-

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ritas picis. *adde*: CATO agr. 10,4 -a quo vinacios condat X (11,1. 25 *vinacios* conculcato in -a picata. 54,1). *δ pernam (non condendam, sed saliendam)*: CATO agr. 162,1. *ε manna*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 39 doleos exinde plenos. AMBR. epist. 4,4 -um aureum habens manna (*i. pyxidem, in qua est eucharistia*).

c *vas ad animantes condendos adhibitum*: *α homines: de Diogene*: SEN. epist. 90,14 se complicuit in -o et in eo cubitavit. IVV. 14,308 -a nudi non ardent cynici (*cf.* SCHOL. id est Diogenae. in -o dormiebat). TERT. pall. 4 quodsi . . . Diogenes de -o latraret. AVSON. 248,3 Diogenes, cui pera penus, cui -a sedes, ad manes abiit? (*cf. Anth. Pal. 7,64 ὃς πίθον ᾤκει*). *de aliis*: APVL. met. 9,5 hominem -o, quod erat in angulo semiobrutum, sed alias vacuum, . . . abscondit. *adde*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 46 caput sancti Iohannis baptistae, qui est missus in doleo vitreo, quem etiam infra doleum oculis nostris vidimus. *β bestias*: VARRO rust. 3,12,2 -a, ubi habeant conclusos glires (3,15,2 *glires* saginantur in -is, quae etiam in villis habent multi, quae figuli faciunt multo aliter atque alia, quod in lateribus eorum semitas faciunt et cavum, ubi cibum constituant. in hoc -um addunt glandem. *ibid.* cum ⟨operc⟩ulum impositum est in doleis. PLIN. nat. 8,224 *glis* semiferum . . . animal, cui vivaria in -is idem qui apris instituit). PLIN. nat. 28,30 Euagon . . . a consulibus Romae in -um serpentium coniectus.

d *vas ad varios usus destinatum*: SALL. hist. frg. 4,30 -a cum (quae *Lindemann*, quoque *Keil*) sub trabes locata vitibus aut tergis (virgis *cod. Gud.*) vinciebant (PLIN. nat. 8,16 ratibus, quas -orum consertis ordinibus imposuerat *Metellus*. FRONTIN. strat. 1,7,1 *Metellus* iunxit -a constravitque tabulatis. FLOR. epit. 3,20,13 *cum* -a conexa virgultis rapidissimo freto frustra experirentur). LIV. 38, 7,11 -um a fundo pertusum . . . et ferream fistulam operculumque -i ferreum . . . fecerunt. hoc tenui pluma completum -um ore in cuniculum verso posuerunt (*cf. Polyb. 21, 28, 12 πίθον προθεμένους . . . τρυπῆσαι τὸν πυθμένα eqs.*). VITR. 5,5,8 *architecti in theatris* fictilibus doleis ita sonantibus electis hac ratiocinatione compositis perfecerunt utilissimos effectus (SEN. nat. 6,19,2 cum in -o cantantis [cantat quis *Madvig*, cantant *Diels*] vox illa [illabitur *Haase*, ululat *Gercke*] per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat. *cf.* PLIN. nat. 11,270 *vox devoratur* -is . . . inanibus). VITR. 7,12,1 *ad cerussam comparandam* doleis sarmenta collocantes aceto suffuso supra sarmenta collocant plumbeas massas, deinde ea operculis obturant. FLOR. epit. 1,13,11 pontifices et flamines, quidquid religiosissimi in templis erat, . . . in doleis defossa terra recondunt (*cf. s. v.* doliolum). IAVOL. dig. 33,7,26 -a fictilia, item plumbea, quibus terra aggesta est, et in his viridiaria posita. PORPH. Hor. carm. 1,3,29*sq. per Pandoram* patefacto -o erupisse omnium pestium genera (*cf. Hesiod. Op. 94 πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα. 97. 98*).

iuncturae selectae: addere in -um: VARRO ling. 5,177 rust. 3,15,2. in -o: IVLIAN. dig. 50,16,206. condere -o: COLVM. 12,40 PLIN. nat. 13,106. 14,133. in -o: VARRO rust. 1,61. in -um: *v. vol. IV p. 149, 33.* indere in -um: CATO agr. 23,3. 66,2. 104,1. 113,1. conculcare in -um: CATO agr. 25. conicere in -um: VARRO rust. 1,54,3 frg. Non. p. 551 COLVM. 12,39,1. 3. 44,2 PROC. dig. 33,6,15. contrudere in -um: VARRO rust. 1,54,2. dividere in -um: CATO agr. 23,2. -o: CATO agr. 23,4. includere -o: PLIN. nat. 15,65. infundere in -um: CATO agr. 105,1. 2 *bis.* 112,1. 3. transfundere in -um: CATO agr. 112,2 *bis.* mergere -o: PALLAD. 3,25,26. immergere -o: PALLAD. 11,14,3. ponere in -o: CATO agr. 113,1. componere in -o: COLVM. 12,56,6. reponere in -o: COLVM. 12, 52,14. -um linere: COLVM. 12,45,3 IVV. 9,58. oblinere: CATO agr. 26. 105,2. 110. superlinere: PALLAD. 11,14,5.

synonyma: cadus: PLIN. nat. 15,33. calpar: VARRO frg. Non. p. 547 Non. p. 546,28 GLOSS. V 653,43. cupa: *v. p. 1833, 37.* lagona: SEN. epist. 118,15. seria: *v. p. 1833, 27.* vasa: PLIN. nat. 16,53.

deriv.: doliolum. doliaris. doliarius.

2. dolium, -ī *n.* [*a* cor-dolium *tractum. Th.*]. *c.* gaudium *conferri iussit M. Leumann, Lat. Laut- u. Formenlehre (1926) 210, c.* lugium (COMM. instr. 1,29,18) *Heraeus in plagulis.* *i. q. dolor*: CORP. V 1729 (= INSCR. christ. Diehl 4185) doliu(m) fecit parentibus.

1. dolo, -āvī, -ātum, -āre [*cf. esse videtur c. hibern.* delb *'forma'*, dolbid *'format'*, *'fingit'*, *gr.* δαιδάλλειν, δαίδαλον, *fortasse c. ind.* dalati *'dirumpitur'*; *cf. Lidén, Stud. zur altind. u. vergleich. Sprachgeschichte p. 80 sq. et v. quae dicta sunt s. vv.* 1. dolium, doleo. *Th.*]. *de coniugatione*: VARRO ling. 9,108. *part. perf.*: dolĭtus (*c.* polītus *conferri iussit Leumann in plagulis*): NON. p. 99,15 dolitum, quod dolatum usu dicitur (*cf.* GLOSS. V 640,41), quod est percaesum vel abrasum vel effossum. Varro Agathone (= Men. 7 *v. p. 1836, 49*). GROM. p. 306,24. 342,1. *de significatione*: GLOSS.[L] II Philox. DO 28 -at πελεκᾷ καὶ τύπτει. -o πελεκῶ (DOSITH. gramm. VII 436,13 = 77,8 T., doto *codd.*). *cf.* NON. p. 99,15 *v. supra l. 74 sq.* DON. Ter. Eun. 515 dolus a -ando (*Wessner*, dolendo *vel* ledendo *codd.*) dictus, id est a laedendo (*Wessner*, dolando *codd.*) et imminuendo. HIER. nom. hebr. p. 18,18 Fasga abscisus vel -atus (p. 22,16). epist. 78,40,4 in vertice . . . montis Phasga, qui interpretatur '-atus', quod nihil habeat informe et rude, sed artificis sit politus manu. [*val.* durà, *it.* dolare, *francog. vet.* doler, *hisp.* dolar. *M.-L.*]

1 *proprie*: **a** *i. q. ascia, similibus instrumentis tractare*: *materiem, lignum*: CATO agr. 14,3 (*v. app. crit.*) materiem . . . succidet, -bit, secabit facietque conductor (31,2 ulmeam, pineam, nuceam . . . materiem . . . caveto . . . per rorem trahas aut -es [= PLIN. nat. 16,193]. 37,4 [= PLIN. nat. 16,194] LVCR. 5,1267 VITR. 7,2,2 COLVM. 11,2,13 LEX Sal. 27,17). PRIAP. 10,4 lignum rude vilicus -vit (IVV. 12,57 *de nave*. DON. Ter. Eun. 515 -are *dicuntur* fabri lignum, id est ascia caedere. AVG. gen. c. Manich. 1,8,13 lignum caedere atque tractare -ando, asciando, planando. in psalm. 30 enarr. 2 serm. 2,6. in epist. Ioh. 8,10 serm. 336,1 *et* 337,2 *v. l. 28. 29. cf.* CET. FAV. 20 p. 303,10 calcem . . . de ascia quasi lignum -bis. PALLAD. 1,14. *in metaph.*: AVG. serm. 337,4 tamquam ligna . . . conquadramini, -amini). *arborem*: CIC. div. 2,86 quis robur illud cecidit, -vit, inscripsit (*cf.* ac. 2,101 non . . . est *sapiens* e saxo sculptus aut e robore -atus *v. Hom. Od. 19,163 οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης*). VITR. 2,10,1 *arbores* excisae et -atae. PLIN. nat. 16,23 *ilex latifolia* -ata. AVIEN. orb. terr. 1190 tectis si quis -at impiger ornos. VVLG. III reg. 7,12 de -ata cedro. Ezech. 27,6 quercus . . . -verunt in remos. CARM. c. pag. 48 cum sibi forte pirum fossor de rure -asset. *arboris partes*: CATO agr. 45,1 *taleas oleagineas* cum -bis aut secabis (= PLIN. nat. 17,125). PROP. 4,2,59 stipes acernus eram, properanti falce -atus (AMM. 31,22). COLVM. 10,31 truncum . . . -atum arboris antiquae numen venerare Priapi. ARNOB. nat. 6,28 ramum validissimum -at, runcinat, levigat et humani speciem fabricatur in penis. *lapidem sim. (subest hic illic notio poliendi)*: GROM. p. 342,1 lapis non dolitus (HERM. Pal. sim. 9,4,5 [λελατομημένοι] vis. 3,5,3 [λατομουμένους]. HIER. epist. 106,86,3 VVLG. III reg. 5,18. 6,7. AVG. serm. 336,1 ligna et lapides . . . inter manus fabrorum et opificum -antur, collineantur, complanantur [337,2]. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1,198 *ara* ex lapidibus non -atis [τμητῶν], sed collectis atque iacentibus. OP. imperf. in Matth. 40 p. 857 aedificatores nodosos lapides . . . ferro -ant. *ibid.* non -ati lapides lapidibus non cohaerent. PASS. coron. 4 -antes coeperunt artifices . . . incidere lapidem). CYPR. Gall. exod. 1283 caute -ata consimiles tabulas divina ad iura reformat. *cf.* VVLG. deut. 10,1 -a tibi duas tabulas lapideas (10,3). *v. etiam* gemmas *infra l. 51 sq.* **b** *i. q. dolando perficere*: *instrumenta*: CATO agr. 37,3 ridicas et palos . . . -ato (COLVM. 11,2,90. FEST. p. 356 palum -atum in acumen). COLVM. 8,3,7 perticae -antur in quadrum. 8,11,4. GAIVS dig. 50,16,235 tigna. AMM. 23,4,4 -antur axes duo quernei vel ilicei. *figuras*: PRIAP. 63,10 me . . . manus sine arte rusticae -verunt. MART. 6,49,1 non sum de fragili -atus ulmo. MIN. FEL. 23,11 deus . . . ligneus . . . caeditur, -atur, runcinatur. ARNOB. nat. 6,14 *simulacra* serris, furfuraculis, asciis secta, -ata, effossa (HESYCH. in lev. 1,5 p. 797A neque . . . secta neque -ata ab hominis manu est Christi caro). PASS. coron. 5 ut deum Asclepium . . . -retis *ex lapide*. *terminos*: GROM. p. 305,13 terminus si in quadrum -atus fuerit. p. 306,24. TRACT. de agr. insp. grom. p. 281,19 *termini* de omni parte -ati: nam si superior pars tantum -ata est et inferior subtus impolita derelicta, *eqs.* *alia*: VARRO Men. 7 (*iamb. sen.*) caelatus . . . scyphus | caelo dolĭtus (pol- *Bücheler, Kl. Schr. I 334*). OP. imperf. in Matth. 7 p. 674 gemmas pretiosas et non -atas. APON. 1 p. 20 vasa -ata. ISID. orig. 5,24,2 in -atis tabulis.

2 *translate*: PLAVT. Mil. 938 dolum -amus (*cf. C. F. W. Müller, Synt. d. Nom. u. Acc. p. 14*). CIC. de orat. 2,54 *Coelius non* perpolivit illud opus, sed . . . -vit. *fere i. q. verberare*: HOR. sat. 1,5,23 caput lumbosque saligno fuste -at. PETRON. 135,4 sincipitis vetustissima particula mille plagis -ata. VVLG. Os. 6,5 -vi in prophetis (*i. per prophetas*), occidi eos. *cf.* HIER. in Os. 2,6 p. 63. *sensu obsceno* (*cf.* dedolare): POMPON. Atell. 82 -asti uxorem. MART. 7,67,3 undenas -at (*Gruter*, dolet *β*, vorat *γ*) in die puellas. *adde*: PRIAP. 46,9 *ut* -em . . . cunni vermiculos scaturrientis.

adv. **dolātē**: GLOSS.[L] I Ansil. CE 611/12 c⟨a⟩esim quasi limate aut -e.

derivata: dolamen, dolatio, dolatus. dolator. dolatilis. dolabra. *compos.*: circum-, de-, e-, perdolare. indolatus.

2. dolo, -ōnis *m.* [δόλων. *Th.*]. *nom.* dolon: SERV. Aen. 7,664 *pars codd.* **1** VARRO frg. Serv. Aen. 7,664 -o est . . . ingens contus cum ferro brevissimo (SCHOL. Veron. Verg. Aen. 7,665 -o dicitur gladius acutissimi et tenu⟨issimi ferri⟩. DON. Ter. Eun. 515 -es tela quaedam bellica). VERG. Aen. 7,664 pila manu saevosque gerunt in bella -es. SIL. 3,250 tereti dextras in pugnam armata -e. PROB. Verg. georg. 2,167/9 Volsci 'veruti' ideo dicuntur, quod -bus in proelio soliti sint uti. *translate de muscae aculeo*: PHAEDR. 3,6,3 (*loquitur musca*) vide, ne -e (*Pithoeus*, dolose *vel* dolosa *codd.*) collum compungam tibi. **2** SERV. Aen. 7,664 -o est . . . flagellum, intra cuius virgam latet pugio (*cf.* ALF. dig. 9,2,52,1 flagello . . ., in quo -o [*corr. P*, dolor *ceteri*] inerat, verberare tabernarium coeperat) . . . -es autem a fallendo dicti sunt, quod decipiant ferro, cum speciem praeferant ligni (ISID. orig. 18,9,4 GLOSS. V 551,34). *cf.* GLOSS. Corp. D 351 -es tela [arma] absconsa, hunsporan (*anglosax.*). SVET. Claud. 13,1 equestris ordinis duo in publico cum -e ac venatorio cultro praestolantes. Dom. 17,1 -em (*Ferrarius*, dolum *codd.*) interiecit. AMM. 30, 1,21 expedito -e assurgens. *fortasse huc pertinet*: VLP. dig. 9,1,1,7 equus -e (*coni. Gothofredus*, dolore *codd.*, *quod firmatur Basil.* ἀπὸ

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

πόνον eorumque scholiis ὑπὸ πόνου) concitatus. 3 FEST. p. 340 ⟨supparum ap⟩pellant -em ⟨velum minus in navi⟩ (ISID. orig. 19, 3, 3 dolon [dalum *codd.*] minimum velum et ad proram defixum. GLOSS. V 614, 20. *cf.* III 513, 38). LIV. 36, 44, 3 -bus erectis altum petere intendit. 36, 45, 1 sublatis -bus (37, 30, 7). *cf. gr.* σιπάρους ἐπαίρειν. *Lackenbacher.*

***dolor,** -ōris *m.* [*cf. c.* dolere. *Th.*]. *fingitur etymologia* (*a* dominabilis *vel* domabilis *et* horror): CASSIOD. in psalm. 7, 17 *v. sub* dominabilis. *de genere*: GRAMM. suppl. 114, 29 *inter masculina*: hic -r. *fem.*: CARM. epigr. 474, 6 (*saec. II ex.*) -em ... nefandam. GREG. TVR. Franc. 2, 3 p. 64, 28 ablata (*pars codd.*) -e. Mart. 3, 32 (*unus cod.*) ablata omni -e. *dub.* 3, 10 discessit -r a tibia, quae ... feminam fatigaverat. BAVDON. 11 -es ... in se transtulit, usque dum eas (eis *al.*) mederi potuisset (*ibid. bis mascul.*). GLOSS. III 600, 34. *neutr.*: CORP. VI 27458 tale -r experisci, quod ... experti sumus. 34576 (= CARM. epigr. 2220) -em hoc solum tulit. X 2496 (= CARM. epigr. 613), 5 qui -r abs te ... relictum est ('um *pro* us *indulsit iste metro*'. *Büch. ad l.*). 4787 cuius -em accepit aliut nullum nisi. *orthographia, prosodia, declinatio*: CORP. XIII 2478 (= INSCR. christ. Diehl 1076), 8 dulure. *item* 2484 (= INSCR. christ. Diehl 4827), 8 (*saec. VII*). IX 648, 7 dolurem. VERG. Aen. 12, 422 dolōr (*ante caesuram sequente vocali; cum similibus composuit F. Vollmer, Zur Gesch. d. lat. Hexam., S.-B. Bayr. Ak. d. W. 1917, 3 p. 9*). CARM. epigr. 682, 3 dōlōrem. CARM. epigr. 613, 3 dolorem *pro abl. sing.* **dolus,** -ī (*declinatione nata fortasse ex gen. plur. utique communi, sed cf. Meyer-Lübke, Grundriß d. rom. Philol. I² 486; F. Brender, Rückläuf. Ableitg. i. Lat. p. 40* [*val.* dor, *it.* duolo, *francog.* deuil, *hisp.* duelo. *M.-L.*]): AVG. in euang. Ioh. 7, 18 multi fratres imperitiores latinitatis loquuntur sic, ut dicant 'dolus illum torquet' pro eo quod est '-r' (*v. quae praecedunt*). *confusionem declinationum testantur etiam grammaticorum differentiae, quae v. infra l. 66. cf.* GLOSS. II 54, 37 (= GLOSS.L II Philox. DO 24. 24a) -s δόλος, ἄλγος, ἄλγημα. COMM. instr. 1, 26, 19 in futuro tibi spes est sine -o vivendi. 2, 32, 1 filiorum casus licet et -um cordis relinquat. *dub.* PELAGON. 224 utilissimum est -o (-ori *Ihm; cf. adnot. p. 168*) et tumori. AMBR. epist. 31, 11 novacula non satis acuta, ne faciat -um, ... inanes sensus recidas. GREG. TVR. Franc. 5, 35 sit unus -us (-um *C¹*) nostris pariter ac eorum amicis. 6, 23a magnum -um hic intulit infans. ANON. Vales. 15, 92 ne -o generi (*Boethii, sc. interfecti*) aliquid adversus regnum eius tractaret *Symmachus.* CORP. III 1903, 3 cum -um tantum haberent de Valerio. *ibid.* 8 dunc -um haberit (*v. adnot. ed.*). V 1638, 3 (*christ.*) titulum -o pleni fecerunt. X 1760 *non debuit filius* senectae meae (*patris*) -um relinquere. 4510 (*christ., a. 563*) quius rememoratio -um parentibus demisit (*sim.* INSCR. christ. Silvagni 947 filiis ... demisisti -um). *dub.* 2074 hic iacet libertus dulcis sine dol(o) suo (*v. adnot. ed.*). XI 3054 in hoc -o. XII 2033 (*saec. IV/V, fort. christ.*) scribsimus non grandem gloriam, sed -um filiorum. 2093 (*a. 573, christ.*) ...⟩bus -um quae vixit *eqs.* (*supple velut*: ⟨reliquit omni⟩bus [*vel* ⟨parenti⟩bus] -um). XIV 3896 (*a. 400*) posuerunt petulum (*i. tit-*) contra vo. tu(m) et -o suo. **dolum** *n.?* EXPOS. mundi 12 p. 107 inter eos ... neque rixa neque ... neque -um (-or *rec altera*, -us *Mai*) vel aliquit mali est. **dolium,** -ī: *v. p. 1835, 64.* *significationes*: GLOSS. πόνος, ἄλγημα, ἀλγηδών, ὠδίν (-es ὠδῖνες), ὀδύνη (*cf.* HIER. in Ier. 8, 18 p. 903). tristitia, molestia, premens angor. *definitiones*: CIC. fin. 1, 37 omne quo offendimur -r *est.* Tusc. 2, 35 -r *est* ... motus asper in corpore alienus a sensibus (*opp.* labor. *ad h. l. cf. Pohlenz, Hermes 44, 1909, 26 sq.*). 4, 18 -r aegritudo crucians (*cf. Stoic. vet. frgg. III 412 p. 100, 1 Arn.* εἶναι ... ὀδύνην λύπην ἐπίπονον. *opp.* angor, luctus, maeror, aerumna *al.*). LVCR. 2, 963 -r est, ubi materiai corpora vi quadam per viscera viva per artus sollicitata suis trepidant in sedibus intus (*opp.* voluptas). AVG. lib. arb. 3, 23, 69 quid est ... aliud -r, nisi quidam sensus divisionis et corruptionis impatiens. gen. ad litt. 7, 19 p. 216, 6 cum *anima* afflictiones corporis moleste sentit, actionem suam, qua illi regendo adest, turbato eius temperamento impediri offenditur, et haec offensio -r vocatur. *in differentiis doli et* -is: PROB. app. gramm. IV 201, 23 -em ... corporis inquietudinem esse demonstrat. ISID. diff. 1, 142 -r est corporis incommoditas sive molestia. 1, 173 -r ... corporis inquietudo. DIFF. ed. Beck p. 53, 37 incommodum corporis. -r *inter 'permotiones' enumeratur*: CIC. de orat. 1, 53. 2, 178. *inter 'perturbationes'*: CIC. orat. 118 top. 74 AVG. civ. 14, 8 p. 16, 16 D. *vocabulum floruit per totam latinitatem.* [*val.* duroare, *it.* dolore, *francog.* douleur, *hisp.* dolor. *M.-L.*] *locis corruptis vel corrupte*: CIC. dom. 137 CELS. 6, 15, 3 p. 252, 28 D. SEN. Herc. O. 1792 FRONTO p. 198, 16 N. ITALA I reg. 26, 19 (Lucif. Athan. 1, 15 p. 93, 17) COMM. apol. 908. -r *in codicum scriptura saepius alternat c.* labor (*ut* TER. Andr. 720 RHET. Her. 4, 25, 35 HOR. epod. 17, 64 OV. met. 9, 289 *al.*), *c.* furor (VERG. Aen. 10, 397 [*v. p. 1841, 55*], *c.* pudor (MART. 1, 106, 9. 10, 98, 11). *obscura significatione*: ITALA Ier. 4, 14 (Ps. Aug. spec. 23 p. 400, 15) cogitationes -um tuorum (διαλογισμοὶ πόνων. VVLG. cogitationes noxiae). *dub.* CIC. Att. 10, 10, 3. DRAC. Romul. 7, 42 (*v. Vollmer in l.*).

ceterorum locorum delectus: VARRO rust. 2, 1, 15 neque in omnibus satis est stipulatio aut solutio nummorum ad mutationem -i (*cf.* 2, 2, 6 grex -um . . . mutavit. 2, 6, 3 in mercando . . . pecudes emptionibus et traditionibus -um mutant. 2, 7, 6 *al.*). 2, 9, 7 *canis* fit alterius, cum a priore -o secundo traditus est (EDICT. praet. Vlp. dig. 6, 2, 1 pr. *al.*). CIC. Quinct. 85 (frg. ap. IVL. SEV. rhet. 16 p. 363, 22) si qui unum aliquem fundum quavis ratione possideat, ipsum autem -um patiatur cetera praedia tenere *eqs.* dom. 107 vir bonus -um se in meis bonis esse voluisset. Phil. 13, 12 rem ullam ex illis *possessionibus* . . . retinere . . . quis poterit clarissimo -o (*Pompeio*) restituto (*cf.* SALL. or. Lep. 18 *locum difficilem multisque coniecturis temptatum*). parad. 35 mancipia, quae sunt -orum facta nexo aut aliquo iure civili. Tusc. 3, 11 *furiosum* -um esse rerum suarum vetant duodecim tabulae. HOR. epist. 2, 2, 162 si . . . mancipat usus, . . . vilicus Orbi . . . te -um sentit. 2, 2, 174 tamquam sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horae . . . prece . . . pretio . . . vi . . . morte suprema permutet -os et cedat in altera iura. OV. rem. 73 *v. p. 1923, 70.* fast. 5, 659 displicet heredi mandati cura sepulcri (*sc. -us testamenti [cf. supra l. 27] in Tiberim se mitti iusserat*) . . . scirpea pro -o Tiberi iactatur imago. LIV. 3, 45, 2 in ea, quae in patris manu sit, neminem esse alium, cui -us possessione cedat. SAB. Gell. 11, 58, 20 invito -o (*cf. p. 1913, 48. 1915, 79. al.*). PETRON. 13, 4 iure civili dimicandum . . ., si nollent alienam rem -o reddere. QVINT. decl. 347 p. 367, 19 si ius -i . . . retinui, retinui etiam mariti. GAIVS inst. 2, 20 si tibi . . . *rem* tradidero sive ex venditionis causa sive ex donationis sive *eqs.*, statim tua fit ea res, si modo ego eius -us sim. VLP. dig. 17, 2, 51 pr. partis -us (CARM. de pond. 44 dicimur . . . partis -i pro partibus huius [*i. assis; v. vol. II 747, 7 sqq.*]. *cf. l. 46 sqq.*). *et al. saepe.*

II ***is qui imperandi et regendi potestate utitur***: **A** ***in re publica, regno sim.*** (NON. p. 281, 12 -us dicitur cui servitur. Vergilius Aen. lib. I [*282, v. p. 1922, 34*]. *et de singulis hominibus variis et de imperatoribus [cf. p. 1924, 33], regibus sim.; saepe i. q. tyrannus* [CIC. rep. 2, 47 -us populi quem Graeci tyrannum vocant. *cf. t. t.* *οἱ τριάκοντα (τύραννοι) apud* SEN. dial. 9, 5, 2 *p. 1921, 58.* LYD. de mag. 1, 6 -os *τοὺς τυραννήσαντας ἀποκαλεῖν*].

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opp.: princeps: *l. 36. p. 1922, 1.* imperator: *infra l. 27. 77.* praeses: *infra l. 27.* parens: *infra l. 40. 84.* pater patriae: *p. 1922, 6.* cives: *p. 1922, 16.* *syn.*: princeps: *p. 1922, 39. 76.* rex: *p. 1922, 46. praeterea v. p. 1927, 23. 31 sqq. 56*). 1 *non accedente genetivo*: PACVV. trag. 75 *v. p. 1907, 24.* RHET. Her. 4, 52, 65 -us est, vicit hic te, vince tu nunc animum. CIC. leg. agr. 2, 46 decemvir, qui aliquam in urbem aut expectatus ut hospes aut repente ut -us veniret (2, 61 ad decemviros tamquam ad -os. LIV. 3, 38, 11 impotentium -orum). Phil. 2, 85 quem collegam habebas, -um habere velles (CASS. Cic. epist. 15, 19, 4 malo veterem et clementem -um habere quam novum et crudelem experiri. LVCAN. 9, 241 *v. infra l. 46. 72. et al.*). Phil. 13, 17 nobis -um cur imponebat? *ibid.* in nostros liberos -um et tyrannum comparabat. rep. 1, 50 hoc populorum intersit, utrum -o comi an aspero serviant (SEN. suas. 6, 10 *Cato* servire ⟨ne⟩ Antonio quidem nondum -o potuit. *v. p. 1920, 79. 1922, 8 al.*). rep. 1, 64 non eros nec -os appellabant eos, quibus iuste paruerunt, denique ne reges quidem sed patriae custodes, sed patres, sed deos. 1, 67 ut plane sine ullo -o sint (*Plato rep. 8 p. 563ᵈ* ἵνα δὴ μηδαμῇ μηδεὶς αὐτοῖς ᾖ δεσπότης). 1, 69 existat ex rege -us (2, 47). 2, 43 iusto (SALL. epist. Mithr. 18). 2, 44 iniusto -o atque acerbo. 3, 46 in regem potius cadit -i similitudo, quod est unus. parad. 41 -um mutare, non liber esse volt *Crassus.* off. 3, 38 regem -um interemit *Gyges.* Att. 11, 20, 1. 14, 14, 4 *syn.* tyranni. 15, 4, 3 *Caesar* (*cf.* epist. 12, 3, 2 -um ferre non potuimus, conservo servimus. *v. infra l. 66. et al.*). *ibid.* BRVT. (?) Cic. ad Brut. 1, 16, 1 -um commutatum esse. 1, 16, 4 bono. 1, 16, 7 *bis.* 1, 17, 2. SALL. Iug. 85, 36 id est -um, non imperatorem esse. or. Macri 6 praesides olim, nunc -os. rep. 2, 5, 5 populus, qui -us erat, cunctis gentibus imperitabat. VERG. Aen. 4, 213 *Dido* -um Aeneam in regna recepit (*aliter accipit* NON. *v. p. 1924, 70*). 6, 221 potentem. 10, 865 iussa aliena pati et -os dignabere Teucros. 12, 236 nos patria amissa -is parere superbis (LIV. 4, 5, 6. 28, 44, 4 *v. infra l. 44.* 42, 52, 16. PLIN. paneg. 63, 6 superbissimis). OV. ars 2, 40 qua fugiam -um (*sc. Daedalus Minoem*). met. 11, 193 *Midas* (*cf.* 11, 186 *p. 1913, 57*). 15, 61 *Pythagoras* fugerat . . . -os odioque tyrannidis exul . . . erat. fast. 2, 142 tu (*Romule*) -i nomen, principis ille (*Augustus*) tenet. Pont. 3, 6, 41 -o Busiride. Ib. 320. 461 -o non mitior illo (*sc. tyranno Cassandriae*). LIV. 1, 17, 7 centum pro uno -os factos (*cf.* 3, 9, 4 duos pro uno -os acceptos). 1, 48, 2 insultasse -is (*i. Tarquiniis*). 2, 60, 3 exercitus rediit, sibi parentem, alteri exercitui -um datum ab senatu memorans. 8, 27, 3 Romani aut hostes aut -i habendi sint (*cf.* 34, 49, 6 mutatos pro Macedonibus Romanos -os. 42, 23, 9 tutam servitutem se sub -is Romanis quam libertatem expositam ad iniurias . . . malle. LVCAN. 7, 284 TAC. ann. 1, 59. *al.*). 28, 44, 4 gravibus ac superbis (32, 19, 8 graviorem. 35, 38, 5. *al.*). 33, 44, 9 Graeciam . . . pro rege . . . longinquo vicinum tyrannum -um habiturum. 35, 42, 12 non ita se . . . gessisse, ut in senectute -um laturus videatur *Hannibal.* 37, 54, 24 barbari, quibus pro legibus semper -orum imperia fuerunt, . . . reges habeant. 39, 25, 15 deposita -i acerbitate. 42, 30, 5 si optio -i potioris daretur, sub Romanis quam sub rege malebat esse. 45, 36, 8 quid, si -i milites imperatoribus imponantur? *saepe.* SEN. suas. 7, 6 Lepidus . . . utriusque collegae mancipium, noster -us ⟨est⟩. PHAEDR. 1, 15, 2 in principatu commutando civium nil praeter -i nomen (*Bongars;* mores *codd.*) mutant pauperes. SEN. Ag. 280. 886 sanguinem extremae dapes -i videbunt (*antea*: regem). Herc. f. 259 ferax deorum terra (*i. Thebae*) quem -um tremis. Med. 109. Thy. 206 facta -i cogitur populus . . . ferre. 299 Argos regnat ex parte -us. 611 dial. 5, 15, 4. 9, 5, 2 *Socrates* inter triginta -os liber incederet. 9, 11, 9 (*opp.* regnum). epist. 33, 11 *philosophi* qui ante nos ista moverunt non -i nostri, sed duces sunt. *al.* CVRT. 3, 11, 23 Alexandro quasi veteri -o (*cf.* 4, 10, 32. 7, 8, 21 alienigenam -um pati nemo vult. 10, 5, 9 Persae iustissimum ac mitissimum -um, Macedones optimum ac fortissimum regem invocantes). 6, 3, 17 -i sui interfectores (*sc. Darei.* 7, 5, 37). LVCAN. 1, 85 tribus -is communis (*i. triumviris.* 9, 266). 1, 97 -os (*i. Romulum et Remum*). 1, 351. 670. 4, 217. 671. 5, 386. 6, 262 (*Caesarem.* 9, 394). 7, 373 ipsam -i metuentem occurrere Romam. 7, 646. 9, 257 tu quoque pro -is . . . fuisti. 9, 274 -i post fata prioris (*i. Pompei*). SIL. 2, 45 -i . . . vocat nos (*i. Hannibalem*) ira senatūs (*cf.* TAC. ann. 1, 26 praemia *militum* sub -is [*i. senatoribus*], poenas sine arbitrio esse. SVET. Tib. 29 dixi . . . bonum . . . principem . . . senatui servire debere . . . neque id dixisse me paenitet, et bonos et aequos et faventes vos habui -os). 2, 363. STAT. silv. 2, 7, 61 infandos -i nocentis ignes (*sc. Neronis. cf.* MART. 7, 45, 7 -i furentis iras. TAC. hist. 4, 42 an Neronem extremum -orum putatis?). Theb. 1, 192. 6, 154 regem -umque (*i. Archemorum*). 11, 689 immitis. MART. 3, 66, 6 *regi Ptolemaeo.* 10, 72, 8 non est hic (*i. Traianus*) -us, sed imperator, sed iustissimus omnium senator. QVINT. decl. 253 p. 36, 20 cruentissimum. TAC. hist. 1, 11 Africa . . . post experimentum -i minoris (*sc. Clodii Macri*). 1, 16 neque enim hic (*i. apud Romanos*) ut gentibus, quae regnantur, certa -orum domus et ceteri servi. 4, 17 Batavos . . . arma contra communes -os cepisse. 4, 64 haud facile libertas et -i miscentur. PLIN. epist. 4, 11, 6 immanitate tyranni, licentia -i . . . pontifices . . . convocavit *Domitianus.* paneg. 2, 3 non de tyranno, sed de cive, non de -o, sed de parente loquimur. 45, 3 *opp.* principem (55, 7 sedem . . . obtinet *Traianus* principis, ne sit -o locus). 52, 7 saevissimi (*i. Domitiani*). *al.* TERT. apol. 13, 8 accepto ferent dei vestri . . ., quod pares eis fiant -i sui (*de imperatoribus* [*sc. summis pontificibus, Waltzing; aliter Rauschen*]). 28, 4 plus timoris humano -o dicatis (*opp. deus. cf.* CYPR. laps. 27 p. 257, 3 servivit saeculari -o). 34, 2 qui pater patriae quomodo -us. coron. 1 p. 415 Oe. quidam . . . magis dei miles ceteris constantior fratribus qui se duobus -is (*i. Caesari ac deo, Christo*) servire posse praesumpserant. 11 p. 443 credimusne humanum (*i. militare*) sacramentum divino superduci licere et in alium -um respondere (*i. sponsionem facere*) post Christum? PANEG. 3 (11), 3, 6 *Hercules* urbes -is crudelibus liberavit (CLAVD. 20, 480 quamvis crudelibus . . . paretur -is, *i. regibus Medorum*). FIRM. math. 3, 5, 3 p. 128, 14 licet non sit -us ac rex. IVST. 22, 3, 3 *Agathoclem* ut -um et tyrannum . . . arguentes. CLAVD. 15, 69 (*de Gildone*) potenti. 20, 552 (*de praefecto praetorio*) ut solum -i sexum mutasse viderer. 28, 559 hunc civem, -os venisse priores. *al.* DRAC. satisf. 107 regi -oque (*i. Gunthamundo.* 110). CASSIOD. var. 3, 4, 1 p. 80, 16 socientur proximitate -i. 9, 21, 4 p. 206, 17 legales -os (*opp.* barbari reges). *al.* IORD. Get. 48, 253 necessitas -i, etiam parricidium si iubet, implendum est. 57, 294 cuncta Italia -um iam dicebat Theodoricum. INSCR. christ. Diehl 211, 16 (*a. 515?*) parcus sibi, largus amicis et fidus -is (*fort. imperatoribus, v. p. 1924, 53*). 1233, 18 (*s. V med.*) *Dionysius medicus* postquam Romana captus discessit ab urbe, mox sibi iam -(o)s subdidit arte Getas (-(o)s *Rossi*; dns [*v. 1908, 17*] *Palat.*; -(u)s *Bücheler, Diehl, i.* 'arte medicinae victor' [*cf. p. 1923, 20*]. *v. et p. 1908, 7*).

2 *accedente genetivo obi.*: a *hominum, gentium, rerum universarum, terrarum*: ENN. scaen. 369 servi -orum (*v. p. 1913, 37*) -i (*cf.* PS. AVR. VICT. epit. 4, 8 hos omnes anteibat Narcissus ab epistulis -um se gerens ipsius -i, *sc. Claudii, v. p. 1924, 44*). CIC. Verr. II 3, 31 Apronium . . . Verrem alterum -um illorum (*sc. aratorum*) ac tyrannum (II 3, 71 aratorum -um ac regem). II 3, 87 servos Venerios Siculorum -os esse. leg. agr. 2, 21 decemviros . . . omnium rerum . . . -os (VERG. Aen. 1, 282 Romanos rerum -os [= SVET. Aug. 40, 5. *cf.* ARNOB. nat. 4, 1 Romanos rerum -os ac principes. OROS. hist. 5, 1, 7]. LIV. 9, 18, 16 reges . . . -i rerum temporumque. LVCAN. 5, 699 non rector ut orbis nec rerum -us *Caesar.* 6, 595 *Sextus Pompeius* -us rerum *futurus.* TAC. hist. 2, 78 *Vespasianus.* SVET. Galba 9 oriturum . . . ex Hispania principem -umque rerum. AVSON. 419, 80 Gratiano humanarum rerum -o. AMM. 19, 2, 11 Constanti Caesaris . . . ut -i rerum et mundi. CASSIOD. var. 1, 4, 11 p. 15, 12 *Valentinianus III.* GREG. M. epist. 1, 6 p. 8, 19 *de Mauricio* serenissimis rerum -is [*cf. p. 1928, 25 sq.*]). leg. agr. 2, 22 *Romanis* omnium gentium -is (Planc. 11 condicio . . . huius principis populi et omnium gentium -i atque victoris [Phil. 6, 12]. IMP. CAL. Suet. Cal. 35, 3 -um gentium populum. FLOR. epit. 4, 12, 13 Romani gentium -i. *cf.* CIC. off. 3, 83 *Caesar* rex populi Romani -usque omnium gentium esse concupiverit. SEN. nat. 5, 18, 12 aliquis magnae gentis -us. PANEG. 2 [10], 11, 3 gentibus universis . . ., quarum vos [*sc. Caesares*] -i tam sancte iustitiam . . . colitis). leg. agr. 2, 43 urbis copiosissimae pulcherrimorumque agrorum (*v. p. 1916, 46 sqq.*) iudex, arbiter, -us. dom. 90 ille populus est -us regum, victor atque imperator omnium gentium. OV. Pont. 2, 8, 26 *Augustum* terrarum -um . . . sua cura facit (CVRT. 4, 14, 9 *Dareus ad milites*: terrarum . . . paulo ante -i. LVCAN. 8, 208. STAT. silv. 3, 4, 20 potenti. MART. 7, 5, 5 *Domitianum.* 8, 2, 6 terrarum -o deoque rerum. SVET. Aug. 94, 5 *al. v. l. 82.* [*cf. p. 1931, 21*]). LIV. 33, 11, 9 Aetolos . . . Graeciae -os (IVST. 5, 6, 6 *Athenienses*). 37, 45, 8 -os orbis terrarum (AMM. 29, 5, 46 Valentiniani, *v. p. 1923, 9. cf.* TERT. nat. 2, 17 p. 130, 5 totius orbis -os atque arbitros. FIRM. math. 2, 30, 5 p. 86, 17 [*de Caesare; sic et*: AMM. 15, 1, 3 *Constantius* orbis totius se -um appellaret. CORP. III 247, *a. 362*, -o totius orbis Iuliano Augusto]. *cf.* CORP. XIII 8895 [*a. 276*] -o orbis et pacis. VIII 19852 maximorum -orum orbis Valentiniani et Valentis). MANIL. 5, 629 (*de carceris custode*) vinctorum -us. SEN. contr. exc. 5, 8 Siciliae. VAL. MAX. 6, 5 ext. 1 -us civium (PLIN. paneg. 88, 1 cum essent civium -i, libertorum erant servi). 8, 1 damn. 1 totius Asiae. SEN. Herc. f. 1171 Libyae . . . -os (*de Antaeo*). epist. 119, 8 ille (*Alexander*) modo ignobilis anguli non sine controversia -us. LVCAN. 5, 55 gelidae orae. 8, 38 Cilicum -us terraeque Liburnae. 8, 242 mundi (9, 20. MART. 8, 32, 6 *Domitianum.* AMM. *v. supra l. 40.* RVSTIC. synod. [Conc.[S] I 4] 86 p. 33, 23 a mundi -is. *ibid.* 87, 3 p. 34, 32 haec in notitiam -orum mundi rettulimus. CASSIOD. var. 3, 51, 4 p. 105, 24 Augustus. *cf. p. 1929, 4*). 8, 408 Parthorum. *al.* PLIN. nat. 6, 159 Mariba oppidum significat -os omnium (GREG. M. epist. 3, 61 p. 220, 6 [*de Mauricio nondum imperatore*] quando adhuc -us omnium non eras). TAC. hist. 3, 68 *Vitellium* Romanum principem et generis humani paulo ante -um (PANEG. 4 [9], 5, 2 his optimis et indulgentissimis -is generis humani. 5 [8], 20, 1. *cf.* VEG. mil. praef. 2 p. 33, 10 -o ac principi generis humani, domitori omnium gentium [*de Theodosio I; an de successore?*]). INSCR. numm. Cohen VI² p. 177, 15 -us imperii Romani (*sc. Aurelianus*). PANEG. 8 (5), 14, 5 omnium sis licet -us urbium, omnium nationum. CLAVD. 8, 22 terrae -os pelagique futuros (*sc. Theodosium successoresque*). IORD. Get. 34, 18 Attila Hunnorum omnium -us. GREG. M. epist. 6, 46 p. 423, 24 quod subiectos vestros ad eam

[*I. Kapp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*sc. catholicam*) converti fidem ... cupiatis, in qua eorum estis reges et -i (*de Theodorico et Theodeberto Francorum regibus*).

b *rerum ad instituta publica pertinentium*: CIC. Verr. I 25 comitia ... quorum iste (*Hortensius*) se ... -um esse arbitrabatur. II 1, 58 vidit ... eos qui iudiciorum se -os dici volebant ... cupiditatum esse servos (*v. l. 13. cf.* de orat. 1, 231 magister aut -us videretur esse iudicum). leg. agr. 2, 15 decem reges aerarii, vectigalium, provinciarum omnium, totius rei publicae, regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum (*v. p. 1922, 58*) -i constituerentur. Sest. 125 contionum moderatores, legum -i (*v. l. 12.* CORP. VI 1180 legum -o, iustitiae aequitatisque rectori d. n. Fl. Valentiniano). 127 contionum. rep. 1, 48 populi ... quippe qui -i sunt legum, iudiciorum (*v. l. 6*), belli, pacis, foederis, capitis uniuscuiusque, pecuniae. leg. 3, 28 si senatus sit -us publici consilii. VAL. MAX. 7, 5, 5 *Sulla* in eo campo, cuius postea -us extitit, repulsa praeturae sugillatus est.

B *extra rem publicam* (*accedente ubique genet. obi.*): **1** *animantis*: TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 342, 18 *homo* sui -us (PS. VARRO sent. 152 sui -us est, qui se philosophiae mancipavit). *metaphorice*: MART. 5, 6, 18 (*de Caesare*) -um novem Musarum. **2** *rerum*: **a** *incorporearum* (*de eo qui arte medica -us est cf. p. 1922, 26*): VARRO ling. 9, 6 ego populi consuetudinis (*sc. loquendi*) non sum ut -us, at ille meae est. CIC. Balb. 31 sui quemque iuris retinendi et dimittendi (*sc. civitatem*) esse -um. Scaur. 15 -us est ipse voluntatis suae (PS. ASCON. in Verr. II 1, 142 p. 252, 22 St. tu ... -us voluntatis meae. RVSTIC. synod. [Conc.[S] I 4] 190 p. 137, 32 suae quisque voluntatis est -us). de orat. 2, 72 is qui rei -us futurus est (*sc. qui rem iudicaturus est*). fin. 1, 49 mediocrium *dolorum* nos esse -os. LIV. 2, 35, 2 -um vitae necisque (30, 12, 12. CVRT. 4, 1, 22 vitae necisque omnium civium -us. TAC. hist. 4, 62 omnia in arbitrio eorum, quos vitae necisque -os fecissent. FIRM. math. 3, 4, 28 p. 123, 23. *cf.* 3, 4, 2 p. 114, 15 mortis ac vitae). SEN. Herc. f. 740 quisquis est placide potens -usque vitae, servat innocuas manus (epist. 4, 8 quisquis vitam suam contempsit, tuae -us est). dial. 7, 14, 1 -i eius (*i. voluptatis*) et temperatores erimus. 10, 12, 9 quomodo potest hic ullius temporis -us esse? (ANTH. 433, 8 dum vivam -us temporis ipse mei. *cf. p. 1922, 36*). epist. 101, 4 quam stultum est, aetatem disponere ne crastini quidem -um. APVL. met. 7, 9 vos vestrorum estis consiliorum rerumque -i. **b** *corporearum* (*i. omnis creaturae vivae rerumque creatarum*): TERT. apol. 48, 9 tu homo ... -us omnium morientium et resurgentium (resurr. 5 p. 32, 13. *cf. p. 1885, 76*).

C *translate* (*hic illic et ea notio, q. e.* -us servorum [*p. 1913, 30 sqq.*] *tangi videtur, v. e. g. infra l. 55. 57. 69. 76. 77*): **1** *de iis, quae in natura dominantur*: **a** *de vento* (*infra l. 44*), *fluviis*: OV. trist. 1, 2, 26 nescit cui -o pareat unda maris. MART. 10, 7, 9 Thybris te (*sc. Rhenum*) -us rogat (FRONTO p. 160, 15 N. Tiber amnis et -us et fluentium circa regnator aquarum). **b** *de leone bestiarum rege*: MART. 1, 60, 5 nemorum -um regemque. CLAVD. 18, 388 terribilem stabulis -umque ferarum.

2 *de iis quae in ipso homine dominantur*: **a** *de animo, corpore eiusque partibus*: CIC. Tim. 21 animum (ψυχήν) ... ut -um atque imperantem (δεσπότιν) oboedienti praefecit corpori *deus* (SEN. clem. 1, 3, 5 *animus* sive avarus -us est ... sive ambitiosus. nat. 7, 25, 2 animus ille rector -usque nostri. AVG. civ. 9, 9 p. 381, 12 D. -um animum; *opp.* servum corpus). SEN. epist. 90, 19 omnes istae artes ... corpori negotium gerunt, cui omnia olim tamquam servo praestabantur, nunc tamquam -o parantur (*cf.* 92, 33). PS. SEN. mon. 149 somno pro servo, non pro -o utere. APVL. Plat. 1, 13 *caput* sublime positum ut -um atque rectorem. TERT. anim. 17 p. 325, 15 *deus* cunctis operibus suis intellegendis ... fruendisque fallaces et mendaces -os praefecerit sensus. VINDIC. med. 32 p. 229, 14 stomacho, id est -o corporis (*cf. p. 1883, 54*). **b** *de animi vitiis velut libidine, peccato, timore*: CIC. parad. 33 tum incipiat aliis imperare, cum ipse improbissimis -is dedecori ac turpidini parere desierit. 40 alius est -us exortus ex conscientia peccatorum timor, quam est illa ... dura servitus. Tusc. 1, 48 liberatos ... gravissimis -is, terrore sempiterno et ... metu. HOR. sat. 2, 7, 93 urget ... -us (*i. libido*) mentem non lenis (*cf.* RVFIN. hist. 8, 14, 15 *Maximinus* duobus gravissimis -is, libidine et crudelitate, praeceps ageretur. *gr. aliter*). epist. 1, 10, 40 qui pauperiem veritus potiore metallis libertate caret, -um vehet improbus atque serviet aeternum. OV. rem. 73 publicus assertor -is suppressa levabo pectora *eqs.* (*cf. p. 1920, 66*). SEN. epist. 37, 4 hos tam graves -os (*i. cupiditates*) ... dimittit a te sapientia (*cf.* PERS. 5, 130 si intus et in iecore aegro nascuntur -i. 5, 156 subeas alternus oportet ancipiti obsequio -os, alternus oberres). RVFIN. Adamant. 1, 27 p. 57, 3 peccatum -us erat noster (*gr.* κύριος). AVG. civ. 4, 3 p. 150, 14 D. servus est ... tot -orum quot vitiorum. OP. imperf. in Matth. 1 p. 623 omnis enim homo malum ipsum cui servit, -um sibi facit.

3 *de metro in certa versuum compositione praeponderante*: DIOM. gramm. I 503, 30 versus ... iambicus ... in sinistris pedibus debet recipere iambum aut tribrachyn aut pyrrichium, quarta tamen regione ipsum perpetuo -um (33 ipsum -um iambum. 504, 8 ipse -us). 505, 8 anapaesticum metrum ... *habet* in sinistris *pedibus* ... extra dactylum quem libet ex tribus, prout res exegerit, id est spondeum, tribrachyn, ipsum -um (*cf. p. 504, 35* anapaestum).

ad I et II epitheta potiora: **1** *laudantia*: aequus: MIM. inc. frg. 9 SVET. Tib. 29. bonus: CATO agr. 1, 4 *al.* MIM. inc. frg. 9 BRVT. (?) Cic. ad Brut. 1, 16, 4 SVET. Tib. 29. *et al. saepe.* clarus: CIC. off. 1, 139. clemens: CASS. Cic epist. 15, 19, 4. *al.* comis: CIC. rep. 1, 50. diligens: COLVM. 1, 8, 18. dives: *v. p. 1917, 80 sqq.* favens: SVET. Tib. 29. indulgentissimus: PANEG. 4 (9), 5, 2. *et al.; v. p. 1928, 21.* iustus: CIC. rep. 2, 43 SALL. epist. Mithr. 18 CVRT. 10, 5, 9 AVSON. 272, 1. *et al.* maximus: CORP. VIII 19852. *et al.* mitis: CVRT. 10, 5, 9 PLIN. nat. 29, 67. *et al.* optimus: PANEG. 4 (9), 5, 2. *et al.* potens: VERG. Aen. 6, 221 CLAVD. 15, 69. *et al.* praestantissimus: CORP VI 1717. purus: SEN. contr. 1, 2, 1. serenissimus: GREG. M. epist. 1, 6 p. 8, 19. *v. et p. 1928, 23 sq.* vetus: PLAVT. Capt. 363 CASS. Cic. epist. 15, 19, 4 CVRT. 3, 11, 23. *et al.*
2 *vituperantia*: acerbus: Cic. rep. 2, 44. agrestis: CIC. Cato 47. ambitiosus: SEN. clem. 1, 3, 5. asper: CIC. rep. 1, 50. avarus: SEN. clem. 1, 3, 5. crudelis: CASS. CIC. epist. 15, 19, 4 SEN. benef. 1, 18, 3 PANEG. 3 (11), 3, 6 AMM. 25, 4, 2 CLAVD. 20, 480. *et al.* cruentus: QVINT. decl. 253 p. 36, 20. fallax: TERT. anim. 17 p. 325, 15. furens: MART. 7, 45, 7. furiosus: CIC. Tusc. 3, 11 Cato 47. gravis: CIC. Tusc. 1, 48 LIV. 28, 44, 4 SEN. epist. 37, 4 RVFIN. hist. 8, 14, 15. *v. et p. 1921, 44.* immitis: STAT. Theb. 11, 689. *cf.* OV. Ib. 461. improbus: CIC. parad. 33. indiligens: PLAVT. Most. 110. iniustus: CIC. rep. 2, 44. non lenis: HOR. sat. 2, 7, 93. mendax: TERT. anim. 17 p. 325, 15. miser: TER. Eun. 487 SEN. epist. 9, 20. molestus: CIC. Phil. 8, 12. nocens: STAT. silv. 2, 7, 61. novus: CASS. Cic. epist. 15, 19, 4. pauper: TER. Eun. 486. rabiosus: AMM. 25, 4, 2. saevus: PLIN. paneg. 52, 7. superbus: VERG. Aen. 12, 236. *v. et p. 1921, 31 sq.* tyrannicus: RVFIN. hist. 2, 3, 3 (δεινῶν δεσποτῶν). *et al.*

III *specialia quaedam* (*exemplorum hic collatorum vim ac sensum vix possis plane intellegere, nisi in universum reputaveris vocem -i eadem significatione iam adhibitam fuisse in allocutione* [*v. infra l. 77 sqq.*]): **1** *de imperatoribus* (*allocutionem et honoris titulum v. p. 1927, 3 sqq.*; *v. et p. 1920, 81*; *metaphorice infra l. 57*): STAT. silv. 3, 3, 103 quod -i celsis niteat laquearibus aurum (*sc. Domitiani. de eodem*: 3, 3, 110. 5, 1, 112. 261. MART. epigr. 2, 12 *opp.* populi. 2, 92, 4. 4, 67, 4. 5, 2, 6. 5, 5, 3 *syn.* dei, ducis. 6, 64, 14. 7, 2, 1 *saepe.* IVV. 4, 96). SVET. Cal. 57, 2 periculum a custodibus -o portendi. LAMPR. Heliog. 10, 2 Zoticus sub eo (*Heliogabalo*) tantum valuit, ut ... sic haberetur quasi -i maritus (-ae *coni.* Casaubonus, *coll. Dione 79, 14* δέσποινα βασιλίς τε ὀνομάζεται. *v. p. 1938, 44*). ARNOB. nat. 2, 38 p. 78, 21 quid prodest mundo maximos reges hic esse, quid tyrannos, quid -os, quid innumeras alias atque amplissimas potestates? PS. AVR. VICT. epit. 4, 8 *v. p. 1922, 29.* AVSON. 272, 1 hactenus edideras -os gens Flavia iustos (*sc. Vespasianum et Titum*). CLAVD. 1, 76 Roma ... pro natis -um flexura rogando (*Theodosium I. ibid.* 115 -um gavisa coronat terra suum). 10, 335 plus -o (*Honorio*) cuncti debere fatemur (12, 18 Roma ... -i ... laeta votis. 22, 72 -um summissus adores). 22, 240 quod -is (*sc. futuris*) speratur avus (*Stilicho*). COD. Theod. 9, 38, 8 (*a. 385* = COD. Iust. 1, 4, 3, 31) reus ... maiestatis de -o ... veniam sperare non debet. MEROB. carm. 2, 1 (*Valentiniani*). 2, 13. CASSIOD. var. 10, 14, 1 p. 307, 2 licet vobis (*sc. populo Romano*) -os vestros pura mente diligere. INSCR. christ. Diehl 211, 16 (*a. 515?*) *v. p. 1922, 21.* 798, 6 -orum ... fide cu<lt>o<ru>m toto per orbe. 13. *huc pertinere videtur*: CORP. VI 10251[a] d. m. s. T. Flavio Aug. lib. Trophimo constitutori collegi numinis -orum, quod est sup (*sic*) templo divi Claudi. *metaphorice de nummo imagine principis ornato*: MART. 4, 28, 5 centum -os novae monetae.
2 *de patrono* (*in allocutione v. p. 1925, 3 sqq.*): MART. 2, 32, 8 sit liber -us qui volet esse meus. 2, 68, 5 reges et -os habere debet, qui se non habet (2, 68, 7. 12, 60, 14 *v. p. 1925, 9. 11*). 9, 92, 6 Gaius a prima ... luce salutat tot -os. IVV. 5, 137 -us tamen et -i rex, si vis tu fieri. **3** κατ' ἀπροσδοκίαν *de servulis delicatis ad analogiam vocis* dominae, *v. p. 1938, 1 sqq.* (*cf.* MART. 6, 71, 6 *p. 1938, 17*): MART. 11, 70, 2 plorantes -os vendere. 12, 66, 8 pueri -os, quos precer esse meos. **4** *de marito* (GLOSS.[L] I Ansil. DO 118 -um maritum [*cf. l. 73*]. *cf. p. 1932, 32. in allocutione p. 1925, 34. 56 sqq. 68. incertiora haec*: SEN. contr. 7, 6, 13 p. 325, 11 nec *servus* -um [*pertinet ad p. 1913, 30 sqq.*] occidit, nec adulter [*cf.* 7, 5, 3 p. 320, 1] -o [*i. marito cuidam legitimo*] venenum dedit): NON. p. 282, 5 -us maritus. *Vergilius* Aeneidos lib. IV (*213, v. p. 1921, 29*) conubia nostra reppulit ac -um Aenean in regna recepit *Dido*. (SERV. auct. Aen. 4, 214 -um maritum ut alibi 'dominam' [*v. p. 1938, 28*] uxorem). VVLG. gen. 18, 12 -us meus vetulus est (*ex hebr.* אֲדֹנִי). RVFIN. Orig. in gen. 6, 1 p. 66, 26 B. si ... -us esse dicitur vir mulieris (*ex gen. 3, 16* tui dominabitur).

IV *pro mero titulo quo exornantur praesertim in honorifica allocutione homines certa quadam vel auctoritate vel potestate praediti* (*vi tituli deminuta gradu vel aetate minores, ex. gr. p. 1925, 51. 1926, 23. 43*). *cf. Friedländer, Sittengesch. IV[10] p. 82 sqq.* *primum* '-us' *appellatus esse videtur aut* 'pater familias' *aut* 'servorum -us' (*falso ex appellatione amoris hunc usum repetivit Suess, De eo quem dicunt inesse Trim. cenae serm. vulg. Dorpati, 1926, p. 52*). *praeterea statuendum est allocutionem gr. q. e.* κύριος

[*I. Kapp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

usui latino multis variisque subesse modis (cf. Preuschen-Bauer, Wörterb. z. N. T. s. v.). *appellantur:*

A *homines varii:* **1** *de usu allocutionis et tituli honoris (v. et l. 71 sqq.):* OV. am 3, 7, 11 mihi blanditias dixit *puella* -umque vocavit (*cf. p. 1915, 35*) et quae praeterea publica verba iuvant (*cf.* SEN. epist. 3, 1 si proprio illo verbo [*sc.* '*amici*'] quasi publico usus es et sic illum amicum vocasti ..., quomodo obvios, si nomen non succurrit, -os salutamus). MART. 1, 112, 1 cum te non nossem, -um regemque vocabam, ... iam mihi Priscus eris (2, 68, 2 quod te nomine iam tuo saluto, quem regem et -um prius vocabam. 10, 10, 5. *cf.* 4, 83, 5 -um regemque salutas [IVV. 8, 161 *hospitem caupo*]. *cf. p. 1924, 60*). 5, 57, 1 cum voco te -um, noli tibi, Cinna, placere, saepe etiam servum sic resaluto meum. 6, 88, 2. 14, 76, 1 pica loquax certa '-um' te voce saluto. SVET. Claud. 21, 5 homines ... '-os' identidem appellans immixtis interdum ... frigidis iocis. APVL. apol. 97 Pontianus ... me parentem suum, me -um, me magistrum ... vocans. FVLG. Virg. cont. p. 87, 21 in epistulis hoc ipsud communis observare loquacitas, quo primum '-o merito' sic ponatur nominis vocitatio. **2** *exempla:* **a** *pro titulo honoris (saepe in epistulis et in epist. titulis, sed ubicumque qui appellatur per tertiam personam designatur [de vocativo v. infra l. 53]. acced. genet. infra l. 39 sqq.):* PETRON. 57, 2 unus ex collibertis Trimalchionis *dixit* 'an tibi non placent lautitiae -i mei?' (TEST. Dasum. [Corp. VI 10229] 111 Vrsi Serviani -i mei [*appellatur amicus nobilior*]. ENNOD. epist. 2, 23, 2 p. 66, 7 -i vere mei [*genet.*]. 4, 26, 3 p. 117, 8 [*genet. ut vid.*]. *v. l. 39. 47.* SCAEV. dig. 32, 37, 2 [*in codicillis de pupillo herede substituendo*] Publium Sempronium -um meum heredem esse volo. *et al.*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 14 *dactalum* -o Paterio Patricio dedi. SYMM. epist. 2, 65 -um et fratrem meum Licinium (2, 83 -o et fratri meo Alypio. 3, 69, 1 -um meum et fratrem nostrum Flavianum *seniorem* [*de eodem* 6, 36, 1]. *cf.* 5, 43 -um meum fratrem nostrum Carterium. 7, 3 -us frater tuus [*fortasse Flavianus minor*]. *al.* RVRIC. epist. 1, 11 tit. p. 364, 2 -o sublimi semperque magnifico fratri Fredae. PARYR. Arch. f. Papyrusforsch. 3, 1904, p. 168 [*saec. IV med.*], 8 sqq. Theofanem ... qui ex suggestione -i mei fratris nostri Filippi usque ad officium -i mei Dyscoli [*D. ampliore quodam munere publico perfunctus esse videtur, cf. p. 1929, 30*] vexationem itineris ... sustinere videtur. *al.*). epist. 3, 66 in d(omino) m(eo) Flaviano (*v. l. 31*). 3, 86 Flavianum (*v. l. 31*), pectoris mei -um (7, 104 *sc. Stilicho.* 8, 29 -o pectoris mei excellentissimo. *v. p. 1926, 14. 1929, 78. cf.* SIDON. epist. 7, 4, 4 verissimis -is animae meae [*sc. Simplicio et Apollinari*]. *cf. p. 1929, 77*). epist. 5, 57 -us et filius meus Patruinus vir spectabilis (7, 54 *al.*). SIDON. epist. 4, 12, 2 'lectorem' inquit *puer familiaris* ... 'vidi a -is Simplicio et Apollinare redeuntem.' *al.* ALC. AVIT. hom. 26 p. 146, 26 -i Sigistrici. epist. 43 p. 73, 5 -i Sidonii filio *sc. Apollinaris* (*de eodem*: 45 p. 80, 24 -i mei patris tui). ENNOD. epist. 7, 10, 2 p. 179, 16 -is amatoribus vestris. 7, 28, 4 p. 195, 27 -um Cethegum. *al.* INSCR. christ. Diehl 447 (*a. 537/8?*) spatarius -i patrici Bilisari. CORP. IV 3007 Amphioni -o. INSCR. christ. Silvagni 3627 -o Marcello ⟨com⟩pari Eutyces. *et al.* *de servo (cf. p. 1924, 80):* CORP. XI 1470 Felici Caes. n̄. ser. Alexandriano fecit M. V. Marcellus -o optimo. **b** *in allocutione et in epistulis (semper persona per vocativum appellatur; de appellatione per tertiam personam expressa cf. supra l 20 sq.; acced. genet. p. 1926, 14). nota post appellationem q. e.* -e mi (mi -e) *praedicatum vel pronomen plurali numero collocari p. 1926, 4. 6. 7. 19 al.* (*cf.* valete mi domina *p. 1938, 75 et v. appositiones plur. num. positas p. 1926, 12 sq.*). ENNODium 'mi -i' (*plur.*) *quasi honorificentius dixisse de uno solo statuerunt editores his locis*: epist. 5, 21, 4 p. 143, 7. 5, 1, 5 p. 124, 12. 6, 36, 2 p. 170, 15 *al.*, (*cf. indd.*). *quod tamen librorum memoria parum probatur, immo vero omnibus fere locis cod. B (vel al.) habet* 'mi -e', *quod ubique scribendum videtur. praeterea dubitare possis de appellatione ad complures pertinente q. e.* '-i mi' (*edd.*, mihi *codd.*: ENNOD. epist. 1, 11, 3 p. 21, 18. 6, 23, 3 p. 168, 15. 7, 10, 2 p. 179, 15. *v. Vogel in ind.*) *vel* 'mi -i' (*v. p. 1926, 18*). TEST. porcelli p. 268, 7 rogo -e coce. p. 269, 17 mei -i vel consobrini mei (*sc. porcelli*) ... iubete signari. FRONTO p. 188, 12 N. *appellatur amicus* tibi -e frater (HYG. mun. castr. 45 -e frater [*cf.* 47 ad magnitudinem tuam]. SIDON. epist. 2, 13, 8. ALC. AVIT. epist. 52 p. 81, 20 *appellatur filius Apoll. Sidon.* -e piissime frater, cura pectoris mei. INSCR. Ihm, Bonner Studien p. 131, 14 -e frater ilaris semper. PALLAD. Anth. Palat. 10, 44 ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, 'δόμινε φράτερ' εὐθὺς ἔγραψεν· ἢν δ' αὖ μή τι λάβῃ, τὸ 'φράτερ' εἶπε μόνον. *plur.*: RVFIN. hist. 6, 11, 6 [*in epistula Alexandri Hierosolymorum episc. ad Antiochenos missa, cf.* HIER. vir. ill. 38] -i fratres, *gr.* κύριοί μου ἀδελφοί). FRONTO p. 192, 9 N. (*in epistula ad Arrium Antoninum olim discipulum*) have mi -e fili carissime (AVSON. Symm. epist. 407, 7 SIDON. epist. 9, 1, 1. *al.* ENNOD. epist. 8, 15, 2 p. 210, 16. *al.*). SCAEV. dig. 13, 5, 26 quidam ad creditorem litteras eiusmodi fecit: decem ... habes penes me, -e. PAVL. dig. 35, 2, 22. APVL. met. 2, 14 Luci -e (3, 11). 4, 17 -e (*appellatur homo dives a latrone*). TERT. nat. 1, 16 p. 86, 20 *tragoedus ad spectatores*: 'numquid', ait, '-i ⟨displicui⟩ vobis?' PACIAN. epist. 1, 1 p. 4 -e carissime (*ad Novatianum haereticum, cf. p. 1929, 74 sqq.*). 1, 2 p. 7. SYMM. epist. 1, 15 (*appellatur Auson.*) mi -e (2, 86 mi -e inimitabilis, *de Flaviano mai.* VVLG. I reg. 1, 26 ait Anna: 'obsecro mi -e', *sc. Heli.* RVRIC. epist. 1, 11 p. 364, 24. ENNOD. epist. 1, 18, 6 p. 30, 16 vale mi -e. *al.* 6, 15, 3 p. 157, 23 mi -e ... facite. 7, 2, 3 p. 173, 19 mi -e ... accipite. *sim. al.*). VVLG. gen. 11, 28 -e mi Moyses (23, 11 -e mi *Abraham.* ENNOD. epist. 5, 20, 3 p. 142, 3 -e mi, accipientes *eqs.* 6, 34, 3 p. 169, 10 -e mi ... vestrae. *al.*). gen. 23, 6 (*appellatur Abraham a filiis Heth*). *passim.* AVG. epist. 57 tit. p. 237, 2 -o carissimo et desiderantissimo. 116 tit. p. 663, 2 -o eximio et merito insigni. serm. 14, 3, 4 audi ergo me ..., -e pauper. *al.* SIDON. epist. 1, 1, 1 -e maior (*appellatur amicus*: 1, 11, 17. 2, 3, 1 *al.*). 2, 11, 2 -e illustris. RVRIC. epist. 1, 11 p. 364, 29 epistula ... vobis -is meis (*i. Fredae*) ... placeret (*sic de uno* [*v. p. 1925, 57*]: ENNOD. epist. 6, 11, 1 p. 155, 19 a vobis, -is meis ... exposco). RVRIC. epist. 1, 12 p. 365, 6 tit. -o pectoris sui Celso Ruricius (1, 13 p. 366, 10 tit. 1, 14 p. 367, 5 tit. *v. p. 1925, 39 sq. cf.* 1, 10 p. 363, 4 tit. -o, pectori suo). BOETH. arithm. 1 praef. p. 3, 1 -o suo patricio Symmacho Boetius. ENNOD. epist. 1, 25, 2 p. 36, 19 valete mei (*B*, mi *edd.*) -i, *cf. p. 1925, 65.* 2, 27, 4 p. 69, 17 -e, ... iuves (*al. cf.* 6, 7, 1 p. 153, 17 -e, si vos *eqs. sim. al.*). 3, 3, 1 p. 73, 19 apud vos -os (*i. Faustum*). 3, 30, 1 p. 93, 11 -e Aviene. *saepe.* HIST. Apoll. rec. B 34 p. 69, 7 (*puella ad ignotum*) -e. rec. A p. 73, 13 (*puella ad vilicum*) -e. *al. passim.* CORP. XIII 10024, 59 (*in anulo*) -e have (10024, 129 *in gemma*: ave -e). *appellantur gradu minores*: EPIST. Secundi (Corp. XII 4393) 26 valere vos cupio, -i optimi et carissimi mihi (*i. fabri Narbonenses*). EPIST. ad quinquennal. (Corp. VI 33840) 4 (*colonus appellat servum collegii*) -e Salvi.

B *consanguinei affinesque aut addito aut omisso cognationis affinitatisque nomine (cf. p. 1928, 37 sqq., 1929, 13 sq., 1925, 66):* **1** *de usu allocutionis et tituli honoris:* BRVT. (?) Cic. epist. 1, 17, 6 -um ne parentem quidem maiores nostri voluerunt esse. LIV. 34, 7, 13 non in servitio debetis habere *uxores et filias* et malle patres vos aut viros quam -os dici. MART. 1, 81, 2 a servo ... te genitum ... fateris, cum dicis '-um' ... patrem. AVG. serm. 37, 6, 7 unaquaeque coniux bona maritum suum -um vocat *eqs.* SALV. epist. 4, 2 p. 205, 15 vos (*sc. socerum et socrum*) quos natura parentes, fide fratres, honore -os habemus. **2** *exempla:* **a** *pro titulo honoris (v. p. 1925, 20 sq.):* *appellatur:* *frater:* SEN. epist. 104, 1 illud mihi in ore erat -i mei Gallionis. AMBR. exc. Sat. 1, 1 deduximus ... -um et fratrem meum Satyrum. CORP. VIII 333 -o meo fratri rarissimo (*sic*). *pater:* SYMM. epist. 2, 44 -us meus parens noster. CORP. VI 21787 fecit -o patri dulcissimo (INSCR. christ. Diehl 96). VIII 19101 -o patri nostro. XIV 2825 -o patri M. Val. Maxentio (*postea imperatori*) ... patri carissimo. *filius:* CORP. VI 11511 pater -o filio *sex annos nato.* 17865 -o filio carissimo ... pater (INSCR. christ. Diehl 3890^{C}). CORP. VIII 2862 filio et -o meo *novem annorum puero.* INSCR. christ. Diehl 2282 -o filio innocentissimo ... Pelagio, qui vixit annis VI ... parentes. 3377^{D} -o filio Iuvenali, qui vixit ann. XXI. 4606 (*a. 366*) Cecili -us (*gen.?*) Felicis ... depos(iti) Apolinus (*l.* Apolinis), qui vix. ann. ... mater Leopardes. 4613 -o filio dulcissimo nobis Fulgentio qui vixit annu(m) m. III d. X (INSCR. christ. Diehl 2541 adn.). 4614 -o filio incomparabili Exuperio Verus et Ampelia parentes. INSCR. Not. d. scavi 1925 p. 27 n. 9 -o filio Luentio qui v(ixit) annos VIII. *gener:* SYMM. epist. 4, 39 Flavianum filium et -um meum (7, 47). 6, 50 -o filio meo. 7, 100 -um filium meum Flavianum. *nepos:* INSCR. christ. Diehl 4186 -o dulcis(s)imo nepoti Sabino Istercoria ... amita. *maritus (nota -i titulum ab ipso marito adhibitum l. 69 sqq., cf. p. 1924, 66):* PETRON. 67, 9 '-i', inquit *Scintilla*, 'mei beneficio nemo habet meliora *crotalia*' (SCAEV. dig. 31, 88, 2 ex hereditate bonisve Titii, -i mei. APVL. met. 6, 1 meus [*Psyches*] -us [*Amor*]). INSCR. christ. Diehl 4609 (*a. 327*) -o coniugi dulcissi⟨m⟩o. CASSIOD. var. 10, 20, 2 p. 310, 24 (*Theodahadus rex ad Theodoram de Iustiniano*) -o iugali vestro (10, 21, 1 p. 311, 15 -us iugalis meus. 10, 24, 2 p. 313, 9 -i iugalis nostri (*Gudeliva de Theodahado*). CORP. VI 1487 (= 31665) Sabinia Felicitas marito dulcissimo et incomparabili -⟨o⟩ (3500 -o marito sanctissimo. 12668). 17663 coiugi et -o bene merenti (18221 coniugi et -o. 22326 -(o) et coniugi. IX 1884 -o et patrono et coniugi. XI 3325 -o meo sanctissimo, coniugi ⟨dul⟩c⟨i⟩ssimo *eqs.*). 38788 -o compari. *de marito ut vid.*: CORP. IV 1665 Restituta cum Secundo -o suo. *nota (v. supra l. 56)*: CORP. III †3936^{a} felicissimae coniugi -us Victorinus maritus. IX 1776 Calhemerae ... huic -us ob merita ... fecit (*maritus ut vid., an ad p. 1914, 73 sqq.?*). CARM. epigr. 2106 -us coniunx. **b** *in allocutione et in epistulis (v. p. 1925, 53 sq.):* FRONTO p. 181, 12 N. (*ad generum*) -e. CARM. epigr. 1567, 9 (*s. I ex.*) -e Oppi marite (*ad maritum*: PAVL. dig. 24, 1, 57 -e carissime. PALLAD. hist. mon. 1 2 p. 259^{A} -e). APVL. met. 6, 22 (*Iuppiter ad Cupidinem*) -e fili. CODICILL. (Corp. X 7457) 2 have mihi -e pater. 3 vale mihi -e pater. SALV. epist. 4, 4 p. 206, 3 (*ad socerum et socrum*) affectus dilectissimi vel -i reverendissimi. RVRIC. epist. 2, 43 p. 427, 7 tit. Ruricii ad -um Constantinum (*filium? v. ind. p. 470*). VICT. VIT. 2, 30 conspicimus mulierculam ... manu infantulum unum (*cf. postea*: nepote parvulo) tenentem ... dicentem 'curre, -e meus'. *cf. p. 1929, 82.*

C *magistri (cf.* GLOSS. III 639, 4 χαῖρε κύριε διδάσκαλε· ave -e praeceptor): PETRON. 86, 7 rogo ... -e. AVREL. ad Front. p. 104,

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13 N. mi -e magister. PRISC. gramm. III 231, 24 teste sapientissimo -o et doctore meo Theoctisto.

D *imperatores* (*Caesares p. 1928, 28. 74*). *ex schedarum nostrarum materia haud ita plena locos selectos et eos vetustiores attuli* (*cf. et p. 1907, 49 sqq. 1908, 51 sqq.*). *gr.* κύριος (δεσπότης *infra l. 19*). *primum occurrere videtur*: INSCR. graec. Rom. Cagnat III 1086 τῶν κυρίων Σε⟨βαστῶν⟩ *de Tiberio et Livia* (*v. Deissmann, Licht v. Osten*[3] *p. 266; Friedländer, Sittengesch. IV*[10] *p. 82 adn. 2; Preuschen-Bauer, Wörterb. z. N. T. p. 721*). VVLG. act 25, 26 -o (κυρίῳ, *sc. Neroni*). PASS. Polyc. 8, 2 (*a. 155*) τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν 'κύριος Καῖσαρ'; *de sollemni usu tituli q. e.* '-us' *vel* '-us noster' *v. Friedländer l. l.; Neumann PW V 1305 sqq.; Dessau III 1 ind. p. 277 sqq. vetustissima huius usus testimonia in inscr. tradita (sc. ab aliis de impp. adhibita) haec esse videntur: de Domitiano infra l. 51; de Hadriano infra l. 62. 82* [*inc.*: PAP. gen. lat. 1 (*a. 80/1*), *cf. Premerstein, Klio, 1903, p. 7*]. *praeterea usum illustrant hi loci: de Caligula infra l. 29. 32. 40, de Domitiano infra l. 32* (*sc. ipso titulum usurpante: infra l. 31. 57*). 1 *de usu allocutionis titulique, quem singuli principes sanxerunt* (*cf.* IVLIAN. *misop. 343*[C] δεσπότης εἶναι οὐ φῄς οὐδὲ ἀνέχῃ τοῦτο ἀκούων. *-us et deus iuxta ponuntur: infra l. 23. 31. 33. 41. 46. 56*): STAT. silv. 1, 6, 83 dulci '-um' favore clamant, hoc solum vetuit licere Caesar *Domitianus*. MART. 10, 72, 3 dicturus -um deumque *Traianum* non sum (TAC. ann. 2, 87 *Tiberius* increpuit eos qui divinas occupationes ipsumque -um dixerant. TERT. apol. 34, 1 Augustus, imperii formator, ne -um quidem se dici volebat ... dicam plane imperatorem -um, sed quando non cogor, ut -um dei vice dicam [SERV. Aen. 6, 612 fecit ... iniuriam Augusto vel Caesari, si eos '-os' dixit, quod apud maiores invidiosum fuit, nam patres patriae dicebantur]. AVR. VICT. Caes. 3, 13 *Caligula* -um dici atque insigne regni nectere capiti tentaverat. 11, 2 *Domitianus* se -um deumque dici coegit. 39, 4 *Diocletianus* se primus omnium Caligulam post Domitianumque -um palam dici passus et adorari se appellarique uti deum). SVET. Aug. 53, 1 *Augustus* -i appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit (ISID. orig. 9, 3, 17) *ibid.* -um ... se posthac appellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est (Tib. 27 -us appellatus a quodam, denuntiavit, ne se amplius contumeliae causa nominaret. LAMPR. Alex. 4, 1 -um se appellari vetuit *Alexander Severus*. PS. AVR. VICT. epit. 3, 8 primus diademate imposito -um se iussit appellari *Caligula*. AMM. 21, 3, 6 Iulianum ... per literas ... -um et Augustum appellabat et deum [21, 10, 1 Augustum appellans et -um]. IORD. Rom. 265 *Domitianus* se -um appellari praeciperet). SVET. Dom. 13, 1 acclamationem ... in amphitheatro epuli die libenter audiit '-o et dominae feliciter'. CLAVD. 24, 189 quis enim princeps non omnibus egit obsequiis -um sese patremque vocari (OROS. hist. 7, 10, 2 ut -um sese ac deum vocari scribi colique iusserit *Domitianus*). 2 *exempla*: a *pro titulo honoris* (*in epistulis* [*cf. p. 1928, 56*], *edictis sim., maxime in inscriptionibus. exempla secundum ea vocabula aigessi, quae voci -i attribuuntur*): a *accedunt et ipsi tituli*: princeps: CAVTIO Phaonis (Corp. X 444) 22 pro salute optim⟨i⟩ principis et -i (*Domitiani*). CORP. III 11984 f⟩elicis⟨simo pr⟩inci⟨pi⟩ ⟨-o i⟩ndu⟨lgen⟩tissi⟨mo⟩ (*Commodo*). AVELL. p. 76, 14 -i invictissimi principis (*Arcadii*). p. 356, 20 ad -um nostrum Iustinianum piissimum principem. *al.* Caesar: STAT. silv. 4 praef. -o Caesari *Domitiano*. MART. 9, 84, 2 pro -o Caesare. *al.* deus (*cf. l. 20. p. 1929, 3*): MART. 5, 8, 1 edictum -i deique nostri (*Domitiani*. 7, 34, 8. 9, 66, 3. SVET. Dom. 13, 2 cum ... formalem dictaret epistulam sic coepit: '-us et deus noster hoc fieri iubet'). INSCR. numm. Cohen VI[2] p. 197, 200 deo et -o nato Aureliano Aug(usto). p. 353 deo et -o Caro Aug. (*cf. Kubitschek, Num. Zeitschr. N. F. 8, 1915, p. 167 sqq.*). *al.* imperator: INSCR. Dessau 8908 pro salute imp. Caesaris Traiani Hadriani Aug. -i n(ostri). EPIST. promag. pontif. (Corp. VI 2120, *a. 155*) 3 -i n. imp. Antonini Aug. (*ibid.* 10 a -o n. imp.). PASS. Scill. 1 p. 22, 6 -i nostri imperatoris *Commodi*. 3 p. 23, 4 iuramus per genium -i nostri imperatoris. *al.* EDICT. Comm. de salt. Bur. (Corp. VIII 10570) 4, 13 secundum sacram subscriptionem -i n. sanctissimi imperatoris. EDICT. imp. Gord. ad Scapt. (Corp. III 12336) 1, 3 a -o n. imp. Caes. M. Antonio Gordiano. FRONTO p. 186, 7 N. a -is nostris imperatoribus (*i. Marco Aurelio et Vero*). CORP. III 13747 pro salute -orum ⟨im⟩p(eratorum) n(ostrorum) L. Septimi Severi Pertinacis. GLOSS. III 640, 9 a -is meis imperatoribus, ὑπὸ τῶν κυρίων τῶν ἐμῶν τῶν αὐτοκρατόρων ('*Severo et Caracalla?*' *Heraeus in plagulis*). FIRM. math. 1 prooem. 7 p. 3, 22 -i atque imperatoris nostri Constantini Augusti. 1, 10, 13 *v. infra l. 77*. Augustus (*v. supra l. 60. 62. 63. al.*): LAMPR. Diad. 9, 1 -us et Augustus *sc. Macrinus*. FIRM. math. 1, 10, 13 p. 37, 23 *Constantinus* -us et Augustus noster ac totius orbis imperator. CORP. XI 6671 (*a. 317/23*) -i invictis(simi) Constantinus Maximus ⟨et Licini⟩us semper Aug(usti). III 6587 -i nostri invictissimi venerabiles ac perpetui Augusti Theodosius et Arcadius. b *accedunt pron. poss.*: noster (*v. l. 62. 63. 64 bis. al. v. et p. 1908, 53 sqq.*): TEST. Ones. (Corp. III 6998) 8 die felicissimo natali -i n(ostri) Traiani Hadriani. CORP. III 6820 sancti⟨ssimi⟩ -i n. Antonini Aug. FRONTO p. 183, 13 N. apud -um n. *Antoninum Pium* (p. 56, 25 -o nostro patri tuo. p. 84, 22. p. 86, 9 *al.*). p. 114, 14 frater tuus -us noster *Lucius Verus*. CORP. VI 727 pro salute Commodi Antonini Aug. -i n. EPIST. de aedif. ration. (Corp. VI 1585[b]) 50 -i nostri *Severi*. CORP. XIII 7917 -o nostro Gordiano. VI 31164 (*a. 241*). PAPYR. Oxyrh. IV 720, 6 (*a. 247*) da(tum) -is no(stris). PANEG. 4 (9), 6, 1 -i nostri Constanti. SYMM. epist. 1, 13, 1 Gratiani. 2, 22, 1 Theodosii (*I*). rel. 1 p. 279, 2 Valentiniano. COD. Theod. 10, 19, 7 (*a. 370*) Valens. INSCR. christ. Diehl 754 (*a. 392*) Arcadio. 15[d] Honorius. COD. Theod. 12, 1, 160 (*a. 398*) Hon(orii) Aug. *al.* INSCR. christ. Diehl 1730 (*a. 456*) Avito. *al.* INSCR. christ. Rossi I 1123 Iustino. CORP. VIII 8805 sub temporibus -i nostri piissimi et invictiss(imi) *Iustiniani*. 23326. EPIST. de aedif. ration. (Corp. VI 1585[b]) 3 -orum n(ostrorum) *sc. Severi et Caracallae*. INSCR. cult. Lar. et. imag. Ost. (Not. d. scavi 1921 p. 237, *a. 205*). LEX. colleg. cornic. (Corp. VIII 2557) 2 PAVL. frg. Vat. 247 INSCR. christ. Diehl 1327[A] (*a. 365*). *al.* INSCR. Rev. archéol. 4[e] sér. 11, 1908, p. 319. *et al. saepe. cf. p. 1909, 7 sqq.* meus: FRONTO p. 28, 8 N. -o meo patri tuo *sc. Antonino Pio*. p. 137, 8 -o meo fratri tuo *Marco Aurelio*. PANEG. 12 (2), 11, 7 *Gratianus* -us meus (*sc. rei publicae*). *al.* c *attribuuntur adi. honorifica*: invictus (*v. l. 10. p. 1927, 78 sq. al.*): CORP. VI 671 -i invicti Antonini Pii. *al.* CORP. III 4020 Pertinacis Aug. -i indulgentissimi. HIL. ad. Const. 2, 2 p. 198, 5 habeo ... testem -um meum religiosum Caesarem tuum Iulianum. CORP. XI 6658 aeterno -o nostro Flavio Claudio Iuliano. serenissimus: GREG. M. epist. 3, 64 p. 225, 14 serenissimi -i mei imperatoris (*sc. Mauricii. ibid. l.* 24 serenissimus -us noster. *in plurali quem vocant maiestatis*: epist. 1, 7 p. 10, 1 serenissimis -is. 3, 61 p. 220, 2 *al.*). *et al.*

item de imperatorum filiis (*v. infra l. 74*): FIRM. math. 1, 10, 14 p. 38, 22 Constantinum Maximum principem et huius invictissimos liberos, -os et Caesares nostros. EPISC. Istr. Greg. M. epist. 1, 16[a], 1 (Conc.[S] IV 2 p. 133, 1) *de filiis imp. Mauricii Tiberii* -orum filiorum vestrorum (*ibid.* 19 p. 135, 26 pro incolumitate nostri ac -orum filiorum nostrorum ... supplicemus). GREG. M. epist. 21, 27 p. 297, 7 salva -i (*i. M. T.*) nostri pietate et piissimae domnae (*v. p. 1939, 72 sqq.*) tranquillitate pro parvulorum -orum nutrimento vitam vestram (*sc. imperatoris sororis*) longius extendat.

appellatur a patre, filio, fratre, nepote (*aliter l. 49 sqq.*): AVREL. ad Front. p. 14, 3 N. -us meus (*Antoninus Pius*. p. 27, 20. p. 28, 3. p. 39, 6. p. 68, 6. p. 82, 12. p. 86, 15 -i mei patris [p. 106, 10] *al.*). VERVS ad Front. p. 116, 10 a -o meo fratre *Marco Aurelio* (AVREL. ad Front. p. 94, 12 -um meum fratrem *Lucium Verum*. p. 101, 25. p. 104, 14 *al.*). CAPITOL. Gord. 24, 2 (*in epistula*) -o filio et Augusto ... socer (*sc. Gordiano III*. COD. Theod. 6, 23, 4 [*a. 432*] -us ac filius noster Valentinianus). COD. Theod. 13, 10, 2 (*a. 313*) sub -o et parente nostro *Diocletiano*. 6, 35, 13 (*a. 386*) secundum legem -i germani nostri *Gratiani, ut vid., Valentiniani II fratris* (AVELL. p. 73, 14 [*a. 419, Galla Plac. de Honorio*] -i germani mei Augusti principis scripta. p. 74, 9). 7, 16, 2 (*a. 410*) -o patruo meo Honorio (*ibid.* inter me -umque et patruum Honorium). *nota titulum q. e.* '-us' *ad consanguinitatis nomen addi non a propinquo, sed ab alieno quodam*: FRONTO p. 89, 22 N. -o patri tuo (*de Antonino Pio in epist. ad M. Aurel. data*). p. 133, 20 fratrem -um saluto (*de Marc. Aur. in epist. ad Verum data*).

appellantur a clericis (*saepissime*), *e. g. a papa*: AVELL. p. 354, 7 -o filio nostro et christianissimo imperatori *Iustiniano*.

b *in allocutione et in epistulis* (*appellatio fit et vocativo et in epistularum titulis tertia persona, v. et supra l. 42*): MART. 8 praef. 1 -e *Domitiane*. PLIN. epist. ad Trai. 10, 2, 1 -e (*fere 80*[ies]). FRONTO p. 171, 7 N. -e imp. ([*de Anton. Pio*. MARCELL. dig. 28, 4, 3]. SIDON. epist. 1, 11, 13 -e imperator *Maiorane*; *syn.* -e princeps. *cf.* VOPISC. Aurelian. 14, 2 -e Valeriane imperator Auguste. HIL. ad Const. 2, 8 p. 203, 2 -e Constanti imperator [ITIN. Alex. 1]. SIGISM. Alc. Avit. epist. 78 p. 93, 1 Sigismondus rex -o imperatori *Anastasio* [93 p. 100, 1 *al.*]). FRONTO p. 223, 10 N. -o meo Antonino Augusto (p. 241, 1). p. 8, 27 te -um meum *Marcum Aurelium* (*de eodem*: p. 17, 18. p. 41, 18 -o meo Caesari [*al.*]. p. 42, 20 -e optime et mihi dulcissime. p. 48, 12 -e dulcissime [p. 79, 5 *al.* p. 89, 6 mi -e dulcissime]. p. 81, 3 -e optime [*al.*]. p. 88, 11 -e dulcissime, desiderantissime. GALLICAN. Avid. 5, 9 recte consuluisti, mi -e). p. 117, 1 -o meo Vero Augusto (p. 119, 14. p. 132, 16 *al.* p. 132, 20 -e desiderantissime). EPIST. de aedif. Adrast. (Corp. VI 1585[a]) 4 -e (*Septimi Severe*). CAPITOL. Max. Balb. 17, 2 -i sanctissimi et invictissimi (*sc. Pupienus et Balb.*). EPIST. imp. Constant. (Corp. III 7000) 2, 19 -i impp. Constantine Maxime ... et Crispe, Constantine et Constanti nobb. Cae⟨ss⟩. (FIRM. err. 25, 1 p. 65, 6 [*de Constantio et Constante*] vos, -i imperatores, sanctarum aurium ... mihi accommodate patientiam. SYMM. rel. 12 p. 289, 17 -i imperatores Valentiniane Theodosi et Arcadi inclyti victores et triumphatores semper Augg. *al.*). SIDON. epist. 1, 11, 11 -e Auguste (*sc. Maiorane*). EPIST. pontif. 775 (Thiel p. 756, Hormisd. 8), 1 sublimissime -e (*de Anastasio*). EPISC. Istr. Greg. M. epist. 1, 16[a]. (Conc.[S] IV 2) tit. p. 132, 38 -o nostro clementissimo ac piissimo -o Mauricio Tiberio (*ibid.* 3 p. 133, 8 -e piissime princeps. 16 p. 134, 42 clementissime -e. 19 p. 138, 17 -e pie. GREG. M. epist. 3, 61 p. 220, 5 serenissime -e. *v. l. 23 sqq.*). *et al.*

[*I. Kapp*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

e *locutiones praepositionales* (*cf. p. 1987, 58*): a -o: accipere: INST. Iust. 2, 6, 14. fugere: APVL. apol. 66. in -o: esse: SCAEV. dig. 35, 2, 94. facere: POMPON. dig. 7, 1, 65 pr. habere dominium: VLP. dig. 50, 16, 195, 2. inferre: PAVL. dig. 40, 12, 32. in -bus: AVG. civ. 5, 18 p. 227, 17 D. *cf. locat.* -i (*cf. p. 1986, 45*): CIC. rep. 1, 61 -i pluresne praesunt negotiis tuis? PROP. 2, 34, 55 cui parva -i fortuna relicta est. TAC. hist. 2, 7 ambiguae -i res (*opp.* rei p.). in -um: derivare: CIC. Tusc. 5, 72. redit: VAL. MAX. 4, 3, 10. super -um: constituere: VVLG. Esth. 8, 2. esse: VVLG. gen. 41, 40. praepositus: VVLG. act. 7, 10.

C *singulariter i. q.* **dominium** (*mala versio ex. gr.* οικος, *hebraismus ut vid.*): ITALA I Macc. 2, 19 (Lucif. non parc. 12) omnes gentes quae in -o regis audiunt eum (ἐν οἴκῳ τῆς βασιλείας, VVLG. omnes gentes regi Antiocho oboediunt).

domuscula, -ae *f.* [*a* domus *deminutive. Th.*]. *de formatione v. Indog. Forsch. 38, 176 sq.; cf. et* domuncula. APVL. met. 4, 26 mecum primis ab annis nutritus ... individuo contubernio -ae, immo vero cubiculi torique (*ad iuxta posita cf.* domus *p. 1966, 12*).

domūsio, -ōnis *f.* [*a* domi uti *derivatum esse videtur; cf. Pokrowskij, Indogerm. Forsch. 26, 101. Th.*]. *i. q. usus domesticus*: VARRO Men. 517 Diogenem litteras scisse, -i (dumi usioni *codd. Nonii p. 231* [dum usioni *p. 248*], *em. Bücheler*) quod satis esset. PETRON. 46, 7 ad -em aliquid de iure gustare. 48, 4 in -em (divisione *cod.*) ... litteras didici. *Hofmann.*

dōnābilis, -e *a* donare. GLOSS. χαριστικός -is. *i. q. dignus, qui aliqua re condonetur*: PLAVT. Rud. 654 infortunio hominem praedicas -em. *i. q. aptus ad donandum*: PS. AMBR. serm. 36, 1 *spiritus sanctus* iam sui natura -e donum erat (*cf.* AVG. trin. 5, 15, 16). TERT. pudic. 22 p. 271, 29 *peccata* -ia (*i. digna, quae condonentur, remittantur*).

dōnārius, -a, -um *a* donum. [PETRON. 59, 6 in lance ducenaria (*Burmann*, -a *Buech.*, dunaria *H.*)] *n. pro subst.*: **dōnārium**, -ī. CHAR. gramm. I 33, 29 neutra semper pluralia ... -a (*ad 2 tantum pertinet; sing. p. 1989, 12. 13*).

1 GLOSS. -um gazophylacium. est in quo conlocant oblata. GLOSS.ᴸ III Abol. DO 2 -a loca donorum. SERV. georg. 3, 532 p. 318 Aen. 2, 269. 12, 199 ISID. orig. 15, 5, 1. 2 DIFF. gramm. VII 524, 18. LVCAN. 9, 516 nec eois splendent -a (altaria *Fgv*) gemmis (SCHOL. -a altaria). APVL. met. 9, 10 apud fani -um. flor. 15 p. 51 -um deae perquam opulentum. *per synecdochen i. q. templum* (GLOSS. -a ναοί, τεμένη, ἱερά. SERV. georg. 3, 532 abusive templa. SERV. auct. Aen. 4, 63): VERG. georg. 3, 533 alta ad -a. OV. am. 2, 13, 13 labatur circa -a serpens. VAL. FL. 5, 644 tibi, magne pater, terris -a certant. OV. fast. 3, 335 si tua contigimus manibus -a (*i. altaria*) puris.

2 GLOSS. -a munera. [*inc.*: LIV. 42, 28, 9 donaque (*Madv.*, donarique *V*, -aque *edd. vett.*) dari (*cf. p. 1989, 10*). *corrupt.*: TAC. ann. 1, 44 -aria militaria, *v.* donum]. **a** *strictiore sensu: quodvis donum deis (deo) consecratum* (*opp.* -um *litationi p. 1989, 11*): ISID. orig. 6, 19, 27 in templis -a dicimus (*v. totum locum*). GLOSS. -a χαριστήρια, ἀναθήματα. *v. Daremberg-Saglio s. v.* [ALC. AVIT. c. Arr. 30 p. 12, 24 *in interpretatione Hebraicae vocis* corban *L ex glossem.*] SOL. 15, 31 inter Capitolina -a crystallum dedicavit (*cf.* PRVD. perist. 10, 343). 56, 12 *feminarum* cutes ... inter -a Iunonis. ITIN. Alex. 51 Neptuno sacros tauros in mare -aque ex auro deiecerat. PANEG. 3 (11), 6, 1 *deos* aris, simulacris, templis, -is ... ornastis (AVR. VICT. Caes. 35, 7 opulentis. PRISC. rhet. 6, 17 [ἀναθήμασι]). 7 (6), 21, 7 delubra tantis -is honestasti. VOPISC. Aurelian. 25, 6 templa fundavit -is ingentibus positis. FIRM. math. 6, 2, 4 magnifica et praeclara templis -a consecrantes (AMM. 22, 8, 35). HEGES. 5, 46 p. 399, 22 Vind. integra omnia servavit -a. HIER. in Mich. 4, 11 sqq. p. 486 frumentum in domini offeratur -a (*cf.* epist. 18ᴬ, 1. 3. 58, 7, 1 VVLG. exod. 35, 29. 38, 24 num. 31, 50. deut. 12, 6 vota atque -a. I par. 29, 17. GREG. vit. patr. 9 prol. *v. p. 1989, 12 et cf.* PAVL. NOL. carm. 18, 29 ferat. CASSIAN. conl. 21, 1, 3 deferens religiosa -a). in Ier. 2, 108, 5 *vidua* in gazophylacium duo aera mittendo ... divitum vicit -a (*cf.* CASSIAN. conl. 20, 8, 6 ALC. AVIT. epist. 6 p. 33, 20). in Is. 1, 11 p. 21 -is atque muneribus (*cf.* VVLG. exod. 28, 38). VVLG. exod. 35, 22 in -a domini separatum (num. 18, 29). II Macc. 2, 13 epistulas ... de -is (περὶ ἀναθημάτων). 12, 40 invenerunt ... sub

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tunicis interfectorum de -is (ἱερώματα) idolorum (*sc. pro amuleto usurpatis*). RVFIN. hist. 11, 25 -is onustam ... coniugem. PRVD. psych. 786 (*ibid.* hostia. munere). [MART.] lemma B. 12, 15. CYPR. GALL. num. 155 -a tractans. deut. 68 *gentes* statuunt -a lucis. iud. 527. 726 celsa facit -a sancto. Ios. 283 domini -a. MACR. Sat. 3, 11, 6 MART. CAP. 1, 7. COD. Theod. 16, 5, 57, 2 (*a. 415*) *aedificia* cum -is. 16, 5, 65, 1 (*a. 428*). SALV. gub. 6, 94 (*syn.* muneribus). SIDON. epist. 4, 18, 5. 8, 4, 4. ENNOD. dict. 2, 9 p. 433, 2 puris cumulamus altaria ... -is (*syn.* sacrificia). MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4 p. 243. VEN. FORT. carm. 1, 12, 19 *deo* -a tanta dedistis (*cf. p. 1988, 61*). CORIPP. Iust. 4, 153 nectunt -a templis. *in imag.*: SYMM. epist. 8, 26 litationi addo -um. CASSIOD. inst. div. 9 sacrata -a sanctis altaribus offerantur. Nov. Iust. 9, 2 (*a. 535*) sit deo ... dignum -um divinarum rerum tuitio. *-a tollere, rapere, vendere*: CAPITOL. Maximin. 19, 4 fana diripuit, -a militibus divisit. ARNOB. nat. 1, 64 -a *spoliant* populanturque templorum (*cf.* 7, 9). FIRM. math. 3, 11, 14 templorum -a praedam suam faciunt. err. 28, 6. AMM. 17, 4, 3 ne deorum quidem -is parcens. HEGES. 5, 51, 3 vindicaverant. RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 18, 1 -a delubri sacratissimi ... diripiuntur. COD. Theod. 16, 8, 25, 1 (*a. 423*) si qua sunt sublata. COD. Iust. 1, 2, 21 pr. (*a. 530*) vasa vel vestem ceteraque -a ... ad venditionem ... trahere. VITA Caes. Arel. 1, 33 dare ... aurum de -is Christi pro mancipio Christi *eqs.* CONC. Lugd. a. 567 p. 140, 9 ecclesiam ... privare -is (Paris. a. 644 p. 189, 6).
b *latiore sensu*: VVLG. I Macc. 3, 30 in sumptus et -a (δόματα). SACR. Leon. 371 qui sacra -a (*i. charismata*) contigerunt (*cf. ibid.* caelestia dona capientibus). VEN. FORT. carm. 5, 8ᵇ, 5 -a celsa Tonantis.

dōnātīcius δωρητός GLOSS.ᴸ II Philox. DO 84.

dōnāticus, -a, -um [*a* donare, donatus. *Th.*]. CATO orat. frg. 5, 2 maiores seorsum atque diversum pretium paravere bonis atque strenuis, decurionatus, optionatus, hastas -as aliosque honores. PAVL. FEST. p. 69 -ae coronae dictae, quod his victores in ludis donabantur. *cf.* ACT. Arv. a. 240 (Inscr. Dessau 9522) II 37 <IV kal. Iun.> coronae -ae deae Diae ... inlatae sunt. SVID. δωνατική. διάδοσις ἡ διδομένη παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς στρατεύμασι. *cf. Bücheler, Rhein. Mus. 39 (1884), 419. W. Helbig, Abhandl. d. Ges. d. Wiss. Göttingen 10 (1908), 3 Zur Geschichte der hasta donatica.*

***dōnātio,** -ōnis *f. a* donare. PAVL. dig. 39, 6, 35, 1 -o dicta est a dono quasi dono datum, rapta (datio, tracta *coni. al.*) a Graeco. ISID. orig. 5, 24, 25 dictam ... dicunt -em quasi doni actionem. *legitur apud* CIC. (15ⁱᵉˢ) LIV. SEN. phil. *al., semel apud* CAES. PHAEDR. TAC., *passim apud Ictos; plur. inde a* CIC. TAC. *signatur* don(atio): *v. p. 1990, 56. scribitur* δοναζιω, δοναζιονεμ, δοναζιονες *in* PAPYR. Marini *v. Pușcariu, Jahresber. d. Instituts f. rumän. Sprache 11 (1904) p. 19.* CIC. top. 37 neque deditionem neque -em sine acceptione intellegi posse. SEN. benef. 6, 2, 1 aliud est munus, aliud ipsa -o. ISID. orig. 5, 24, 25 -o est cuiuslibet rei transactio. GLOSS. δωρεά.

1 *i. q. actus donandi (raro accedit gen. personae donantis [v. l. 51. 54. 58. 84], accipientis [v. l. 78], saepius gen. rei donatae [v. l. 60. 79. 80 al.]; inter additur saepe apud Ictos). privatim*: CIC. S. Rosc. 24 furta, rapinae, -es. leg. 2, 50 in -e hoc idem secus interpretantur, et quod pater familias in eius -e ... approbavit, ratum est. Phil. 5, 11 falsis perscriptionibus -ibusque. PHAEDR. 2, 5, 22 -is ... certae gaudio. SEN. benef. 4, 10, 3 inconsulta -o. PLIN. epist. 2, 4, 3. APVL. met. 4, 13 amicorum ... -bus variis. apol. 94. 103. FIRM. math. 5, 2, 3 -is titulo (GREG. M. epist. 8, 32. 9, 23. 36. 48 *al. v. p. 1990, 30*). CLAVD. DON. Aen. 5, 255. 8, 145. SIDON. epist. 7, 2, 8 mancipiorum sponsaliciae -is. ENNOD. epist. 9, 10, 3 p. 235, 15. CASSIOD. var. 8, 25, 3 Tuluin plenissimae -is effectum. 9, 18, 8 -es nullius terror extorqueat. GREG. M. epist. 9, 98 ut dominus ex hac -e iure perfecta ... potiaris. *al.* LEO M. epist. 1, 3 bonorum *operum* -o (*sc. deo oblata*; devotio *codd. dett.*). *commemorantur instrumenta -is*: APVL. apol. 102 tabulae -is. FRG. Vat. 268 instrumentum -is (COD. Iust. 1, 57, 1 [*a. 469*]). DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII b 23 scripturam -is. GREG. M. append. I p. 438, 15 pagina. CAES. AREL. reg. mon. 1 chartas. *hinc i. q. syngraphum donationis*: COD. Theod. 16, 2, 27 (*a. 390*) per epistulam, codicillum, -em, testamentum ... conscriptum. *al.* DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII b 17 -i<s> ... tenore. 32 huic -i ... consensi et subscripsi (*cf.* EPIST. donat. Iren. [Corp. VI 10247] 26 *et l. 70*). GREG. M. epist. 9, 98 hanc ... -em notario nostro perscriptam relegimus atque subscripsimus. append. I p. 438, 27 huic -i ... consensi et subscripsi (438, 30 testis subscripsi et hanc -em ... abbati traditam vidi. *sic ter*). BENED. reg. 58, 47 facta sollemniter -e res suas conferat monasterio. 59, 13 CAES. AREL. test. 40 per -em. CONC. Paris. a. 614 p. 189, 8 testamenta ... vel -es aut quaecumque strumenta. *publice*: CIC. Verr. II 3, 185 quae tua -o (*sc. aurei anuli*) Siculis ... incredibilis videbatur. *cf.* 3, 186. 187 ad eam -em contio est advocata. *ibid.* quae ... praefatio tuae -is fuit? II 4, 35 in -em histrionum. leg. agr. 3, 10 aliud quoddam genus -is inducit. Balb. 48 civitatis. opt. gen. 19 ut corona aurea donaretur eaque -o fieret in theatro populo convocato. Phil. 4, 9 bonorum -o (*cf.* LIV. 3, 37, 8). epist. 1, 9, 7 de -e regnorum. TAC. hist. 1, 20 *tot* sestertium -bus Nero effuderat. PLIN. epist. 10, 110, 1 eiusmodi -es vetantur. CAPITOL. Aur. 11, 4 scaenicas -es. IORD. Get. 153 -em sacro oraculo confirmatam. *in re militari*: LIV. 7, 37, 2 secundum consulis -em. *in re sacra*: SVET. Aug. 30 LIB. pont. p. 75, 14. GREG. M. epist. 9, 199 notitia eiusdem -is non esset de polyptychis caraxata. *al. de largitione divina*: ITALA Eph. 4, 7 (Aug. in Iob p. 602, 4) *et* VVLG. data est gratia secundum mensuram -is Christi (δωρεᾶς). AMBR. Noe 10, 35 sine ullo -is dispendio. HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 1 p. 372, 11 B. in gratiarum -e. epist. 51, 7, 2. 65, 9, 6 nominisque -o. PROSP. respons. ad Gall. 1, 14 *al. cf. l. 59 sqq.* *in iure* (*v. Leonhard, P.-W. V 1533 sqq. Daremberg-Saglio s. v.*): *definitur*: IVLIAN. dig. 39, 5, 1 pr. -es complures sunt *eqs.* INST. Iust. 2, 7 pr. 1. *cf.* IVLIAN. dig. 12, 1, 20. VLP. dig. 12, 1, 18 pr. 19, 2, 15, 4 (*opp.* transactio). 39, 5, 19, 4. 43, 26, 1, 2 (*opp.* precario). 50, 16, 67, 1. *de condicione donationum passim agunt Icti* (*praesertim*: DIG. 24, 1 de -bus inter virum et uxorem. 39, 5. 6 de mortis causa -bus [COD. Iust. 8, 56]. FRG. Vat. 250 sqq. INST. Iust. 2, 7. COD. Theod. 2, 20 de inofficiosis -bus [COD. Iust. 3, 29]. 8, 12. COD. Iust. 8, 55 [56] de revocandis -bus) *ex. gr.*: LABEO dig. 24, 1, 6, 7 -is *causa* (CELS. dig. 39, 5, 21, 1. IVLIAN. dig. 39, 5, 14 *al.* DONATIO Monim. [Corp. VII 10231] 11. EPIST. donat. Iren. [Corp. VI 10247] 11 -is mancipationisque causa. CORP. VI 14672, 11 *al. v. etiam vol. III p. 683, 45 sq.*). IAVOL. dig. 24, 1, 20 quod -em aut peremat aut confirmet. 38, 5, 12 cui -o quaesita est. NERAT. dig. 23, 3, 58 neque tum ... -o facta est. 24, 1, 44. IVLIAN. dig. 24, 1, 4 rem ... in bonis meis desinam propter -em habere (*cf.* CORP. XIV 1135 ob cessionem -emque monumenti). 39, 5, 1, 1 mortis causa -o (VLP. dig. 7, 1, 22. MARCIAN. dig. 39, 6, 27 *opp.* alia quaevis inter vivos -o. COD. Iust. 8, 56, 4 [*a. 530*] *saepe. v. l. 13*). POMPON. dig. 10, 3, 20 -is gratia (*cf.* COD. Theod. 7, 4, 29 [*a. 407*] sub gratia -is). 39, 5, 9 pr. potest ... citra corporis -em valere -o. 41, 2, 26 ex -e (VENVL. dig. 42, 8, 25 pr. 1. GAIVS dig. 15, 1, 27, 2. inst. 4, 151. VLP. dig. 39, 5, 12 *al.* CORP. VI 34444. XIV 523). PAPIN. dig. 20, 5, 1, 1 -em ... inutilem esse. 24, 1, 54 titulo -is (VLP. dig. 24, 1, 7, 6 COD. Iust. 5, 74, 3, 2 [*a. 523*] *al. cf.* TRYPH. dig. 24, 1, 16 nomine *et v. p. 1989, 55*). 40, 8, 7 -is legi (VLP. dig. 40, 2, 16, 1 MOD. dig. 1, 5, 22). VLP. dig. 19, 2, 46 -is instar (COD. Theod. 3, 13, 3, 1 [*a. 422*]). 24, 1, 1 ne inter virum et uxorem -es valerent. MOD. dig. 24, 1, 27 ante nuptias -o facta (*in* COD. Iust. *saepe opponuntur* dotes ... et ante nuptias -es *ex. gr.* 1, 5, 19, 3 [*a. 529*]. *nota*: 5, 3, 20 pr. [*a. 531—533*] sancimus ... non ante nuptias -em eam vocari, sed propter nuptias -em. *cf.* COD. Theod. 3, 5 de sponsalibus et ante nuptias -bus [COD. Iust. 5, 3]). FRG. Vat. 294, 1 ratio ... -is contra legem Cinciam factae. *v. vocab. iurispr.* ISID. orig. 5, 24, 27 sq. *opp.* -o usufructaria ... -o directa. *inc.*: IVLIAN. dig. 23, 3, 46 pr. quamdiu ... pater ratam promissionem (dictionem *Lenel*) vel -em (*Iust.? i. traditionem, dationem?* dationem *Cuiacius*) habuerit. *in titulis interdum interdicitur, ne -es monumentorum fiant velut* CORP. VI 10219, 10. 10848, 14. 13073. 20661, 4. 26445. 28567. 34623. XIV 166, 10. *speciatim*: *de donatione debiti i. q. remissio*: CAES. civ. 3, 32, 5 prolationem diei -em esse dicebant. *delicti i. q. indulgentia*: AMBR. in psalm. 43, 1, 1 tanta peccatorum -e. MAR. VICTOR aleth. 1, 470 probat dominum mitem -o culpae.

2 *de ipsa re donata i. q. donum*: SEN. dial. 7, 24, 2 eo loco sit -o, unde repeti non debeat, reddi possit. SVET. div. Iul. 50 super alias -es ... praedia ... addixit. POMPON. dig. 41, 6, 4 usucapiet -em. COD. Iust. 9, 49, 8, 1 (*a. 380*) confusionem bonorum et -is (*at* 8, 53, 34, 1 c [*a. 529*] res -is). VVLG. I Macc. 10, 28 dabimus vobis -es multas (δόματα). GREG. M. epist. 2, 9 percepta primitus -e legitima (*cf.* 2, 15. 8, 5 *al.*). 13, 44 per praemia et -es. INSCR. num. Imhoof-Blumer, Kleinasiat. Münzen p. 383 nr. 14 (*aetate Aureliani*) don(atio) sacr(is) cert(aminibus). p. 384 nr. 15 DONAT-I-O col(oniae) Cre(mnensis). *cf.* p. 346 nr. 48 δωρεά. *speciatim donum caeleste, charisma, gratia*: ITALA act. 2, 33 (Iren. 3, 12, 2) effudit -em hanc (*sc. Spiritum sanctum*). I Cor. 12, 4 (Aug. c. Faust. 21, 8 Isid. diff. 2, 5) divisiones ... -um sunt (χαρισμάτων. VVLG. gratiarum). 12, 9 (Aug. c. Faust. 21, 8) -o curationum (χαρίσματα ἰαμάτων. VVLG. gratia). HERM. Pal. vis. 3, 2, 1 utrorumque ... una -o est et una promissio (*cf.* vulg. vis. 3, 2 utrisque ... sunt dona. *gr.* δῶρα). HIER. in Is. 3, 1 p. 46 gratiae et -es. in Ier. 3, 73, 3. 4, 49, 2 virtutum et -um dei sterilitas ... sit. VVLG. eccl. 38, 2 a rege accipiet -em (δόμα). 1 Rom. 5, 17. 12, 6 (χαρίσματα). II Cor. 1, 11. RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 9, 3 -es spiritus. AVG. gest. Pelag. 14, 36 clarescere virtutibus -busque sanitatum (*cf. l. 62*). EVCHER. instr. 1 p. 134, 17 spiritus gratiarum -es. SACR. Greg. (ed. Lietzmann) 202, 30 perpetua -e. OP. imperf. in Matth. 30 p. 789. CASSIOD. in psalm. 141 concl. a superna -e. *al.*

dōnātiuncula, -ae *f.* [*a* donatio, *deminutive. Th.*]. NOT. Tir. 41, 91.

dōnātīvum, -ī *n.* [*a* donare, donatus. *Th.*]. *legitur post* NOT. Tir. 41, 89 *inde a* TAC. *v. etiam l. 78. scribitur litteris graecis*: PAP. Oxyrh. VII 1047, 4 (*s. IV*) δωνατίουον. [*loco corr.*: ORAT. imp. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579) 2 <don>ativa *suppl. Dehner. dub.*: *signatur* d(onativum): INSCR. numm. Grueber lat. mus. Brit. II 576 nr. 21 (*a. 46 a. Chr.*). *cf.* no. 23 m(unus) *dubia explicatione; fortasse cf. l. 56 sqq*].

munus imperatoris militibus viritim distributum (GLOSS. II 282, 53 -um δῶρον στρατιώταις): *v. Fiebiger, P.-W. V 1542 sqq. Daremberg-Saglio s. v. Grosse, Römische Militärgeschichte 243 sqq. 312.* TAC. hist. 1, 5 *dari* -um ... promissum (*cf.* 1, 37. 4, 36. 58. SVET. frg.

[*Rubenbauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 319, 5. 10 LAMPR. Alex. 26, 1 SPART. Sev. 16, 5. *nota*: CAPITOL. Pert. 7, 11 pecuniam ... -o dedit). 1, 18 usurpatam etiam in pace -i necessitatem bello perdidissent. 1, 25 dilati ... -i. 1, 30 proinde a nobis -um ob fidem quam ab aliis pro facinore *accipietis* (*cf.* 4, 58. PLIN. paneg. 25, 2 PAVL. dig. 49, 16, 10, 1 SVLP. SEV. Mart. 4, 2. 3. *v. l. 29. 36*) 1, 37 domus sufficit -o (4, 58). 1, 41 exsolvendo -o. 2, 82 -um militi ... ostenderat. 2, 94 instare -um. 3, 10 interceptorem -i. 3, 50 clavarium -i nomen est. 4, 19 -um ... postulabant. 4, 36 exposcunt. ann. 12, 41 *opp.* congiarium (*cf.* LAMPR. Alex. 26, 1 CAPITOL. Pius 8, 1. *et v. IV p. 281, 72 sqq. at* SPART. Hadr. 23, 12 -um *populo* ac militibus expendit). 12, 69 promisso -o (VOPISC. Tac. 9, 1 CAPITOL. Pert. 4, 6. 7, 5 *v. p. 1990, 84*). PLIN. paneg. 41, 1 -um reddidisse. SVET. Cal. 46 pronuntiatoque militi -o centenis viritim denariis (*cf.* Galba 16 *et l. 23*). Nero 7 proposuit. Galba 17. 20 -um etiam pollicitum (AMBR. in psalm. 1, 13 imperator cum progreditur ad bellum, -um militi ... pollicetur). Domit. 2 an duplum -um militi offerret. TERT. praescr. 12 captat. coron. 12 in -i dispensatione. CAPITOL. Pius 10, 2 usque ad -um militum. Pert. 7, 5 solvit. AMM. 17, 9, 6 meruit. 28, 6, 19 -um militis in quaestus averterit proprios. VEG. mil. 2, 20 consecuntur (*v. totum locum*). SVLP. SEV. chron. 2, 21, 3 largitur. Mart. 4, 1 erogare. MARCELL. chron. II p. 94, 496, 1 tribuit. p. 95, 500, 2 misit. COD. Iust. 12, 35 (36), 1 restitui. *in re ad militiae exemplar instructa*: LAMPR. Heliog. 26, 5 pronuntiavit his (*sc. meretricibus*) quasi militibus ternos aureos -um. *imprimis charisma divinum militibus Christi promissum*: TERT. coron. 1 *miles* -um Christi in carcere expectat. ITALA Rom. 6, 23 (Tert. resurr. 47 p. 96, 20) -um ... dei vita aeterna (χάρισμα. VVLG. gratia). PS. ORIGEN. tract. 18 p. 198, 6 charismatum -a consecuti sumus. PS. HIL. libell. 14 sperare. HIER. epist. 14, 2 acceperas. PS. AVG. serm. 82, 4 -umque (*edd.* donum *libri*) percepimus. FVLG. Rusp. serm. 3, 2 attulit. PASS. Paul. 6. *hinc generatim i. q. charisma* (GLOSS. -um χάρισμα. χαριστήριον): TERT. uxor. 1, 3 meliorum -orum (*a*, dampnationum *codd. dett.*, donationum *edd. vett.*) sectatores simus (*cf.* VVLG. I Cor. 12, 31 charismata [χαρίσματα] meliora). adv. Marc. 5, 8 p. 598, 23 *data* id est -a, quae charismata dicimus. PELAG. in I Cor. 7, 7 p. 162, 17 S. propriae voluntatis accepit -um. PASS. Perp. 1, 5 *spiritus sanctus* omnia -a administrans. *iuxta ponitur* stipendium: TAC. hist. 4, 19 PAVL. dig. 49, 16, 10, 1 TERT. praescr. 12 resurr. 47 p. 96, 20. 25 EDICT. Diocl. II 2 PS. ORIGEN. tract. 18 p. 198, 6 VOPISC. Tac. 9, 1 PS. HIL. libell. 14 AMM. 17, 9, 6 PS. AVG. serm. 82, 4 COD. Iust. 12, 35 (36), 1. *i. q.* δῶρον ἐπέτειον: (GLOSS. V 618, 42 -um est stipendium. *cf. Mommsen, Ges. Schrift. VI 436 sq.*): CASSIOD. var. 4, 14, 2 *Gothi* qui capiunt commoda -i. 5, 27, 1 pro accipiendo -o. 8, 26, 4. *i. q. donum quodvis alicui impertitum*: MACR. Sat. 2, 4, 29 dividere -um cum contubernali. CASSIOD. var. 5, 16, 4 quinos solidos -um et annonam se noverit *dromonarius* accipere competentem. 7, 42, 3 saio ... -o (*i. mercede*) se noverit exuendum. GREG. TVR. Franc. 6, 45 unusquisque *Francorum* ut potuit -um dedit.

***dōnātor**, -ōris *m. a* donare. *qui donat* (CHAR. gramm. p. 432, 25 B. largus. liberalis. prolixus. indulgens. -r. GLOSS. -r δωρητικός): SEN. Phaedr. 1217 -r atrae lucis, Alcide. IREN. 4, 13, 3 non tantum bonos datores et communicatores esse, sed etiam ... gratuito -es. SYMM. epist. 10, 28, 7 partem -is exceptam. PS. AMBR. paenit. 2 in -e vitae. AVG. in psalm. 80, 1 raptores rerum alienarum ... -es rerum suarum. 83, 16 -r est indulgentiae, debitor coronae (*cf.* 100, 2). 120, 3. serm. 266, 3. 297, 4, 5 -em gratiae. ZACCH. 2, 14 p. 1133^{B} donum potius quam -em (*ibid.* munerator. largitor). POSSID. vita Aug. 24 IVNIL. 2, 26. CASSIOD. var. 5, 41, 5 tenuis -r. 6, 6, 2 collocutionis nostrae gloriosus -r. 12, 20, 2 distributor potius fuit quam -r. in psalm. 118, 124 largitas -is. CONC. Rom. a. 502 p. 450, 10 -r, alienator ac venditor. HIST. Apoll. rec. A *et* B 10 mercatoris ... nomen magis quam -is. VEN. FORT. virt. Hil. 6, 19 gratia -is, qui praevenit desideria supplicantis. PALLAD. hist. mon. I 36 p. 322^{B} (*syn.* datori bonorum). GREG. M. epist. 9, 198 reddere *donationes* ... -bus. THEOD. MOPS. in I Tim. 6, 18 *deus* bonorum auctor et -r. *de condicionibus, quae sunt donatoribus et accipientibus, passim agunt* Icti *ex. gr.*: NERAT. dig. 39, 6, 43 si -r iustissimum mortis metum habeat. IVLIAN. dig. 12, 1, 19 pr. si -r convaluisset (*v. IV p. 811, 22 sq.*) *opp.* is qui accipiebat (VLP. dig. 24, 1, 7, 8. *cf.* COD. Iust. 8, 53, 34, 2. 3a [*a. 529*]. 8, 53, 34, 4a. 4b. *al.*). 39, 6, 13, 1 -e mortuo (*cf.* VLP. dig. 34, 3, 3, 2. 39, 5, 19, 3 *al.*). 39, 6, 19 -r actionem de peculio habet. POMPON. dig. 42, 1, 30. AFRIC. dig. 39, 6, 23 vivo -e (VLP. dig. 24, 1, 11, 7. 39, 6, 37, 1). GAIVS dig. 39, 3, 13 venditor aut -r (COD. Theod. 11, 3, 3 [*a. 363*] *al.*). VLP. dig. 6, 2, 7, 3 *Publiciana actio* adversus -em competit (*cf.* COD. IVST. 8, 53, 1 [*a. 210*]). PAVL. dig. 6, 2, 12 pr. sive extraneus sive -r possideat servum. 42, 1, 49. sent. 2, 23, 5 quod donatum erat, penes -em remanet. 5, 11, 5 *al.* COD. Theod. 3, 5, 2 pr. (*a. 319*). 3, 5, 6 pr. (*a. 336*) -i sponso. 8, 13, 3 (*a. 355*). 8, 15, 6, 2 (*a. 380*) *al.* COD. Iust. 1, 53, 1, 1 (*a. 528*) *saepe.* INST. Iust. 2, 7, 2. *qui remittit debitum*: AVG. serm. 27, 2, 3 cum ... debitum exigit, quis reprehendat exactorem, quamvis expectet -em? SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 228, 16 -r, debiti non exactor. *qui remittit crimen*: ITALA IV Esdr. 7, 68 (Sangerm. *et al.*) -r est dominus. AVG. in psalm. 74, 5 vis non timere peccatorum punitorem, ama -em. serm. 216, 5, 5 culpae esse voluit -r et poenae. epist. 153, 15 delictorum non -r, sed approbator.

f. **dōnātrīx**, -īcis. COD. Iust. 7, 10, 5 (*a. 286*) ius manumittendi -x non habuit. 8, 53 (54), 15, 1 (*a. 293*) heredes -is vel eius creditores (*cf.* 4, 38, 4 [= FRG. Vat. [*a. 293*]] ab herede -is. 9, 33, 2 [*a. 260*]). 8, 53, 20 (*a. 294*) vice -is alio ... subscribente. 5, 16, 25 pr. 1. 2 (*a. 528*) silentium donatoris vel -is. COD. Theod. 3, 5, 6, 1 (*a. 336*) ad -em sponsam. ALC. AVIT. epist. 6 p. 33, 21 viduae -i. GREG. TVR. Franc. 10, 16 -x Didimia. *adi.*: PRVD. Perist. 11, 171 sacramenti -x *mensa*.

dōnātus, -a, -um *v.* dono. *Rubenbauer.*

donax, -cis *m. a. gr.* δόναξ. **1** ***herba***, *genus arundinis* (*'Arundo Donax L.' cf. Fraas, Synopsis plantarum florae classicae, 1845, p. 299*): PLIN. nat. 16, 165 (*e Theophr. hist. plant. 4, 11, 10*) fruticosissimus *calamus*, qui vocatur -x, non nisi in aquaticis natus. *adhibetur in medicina*: PLIN. nat. 24, 86 (*cf. Diosc. 1, 85*) harundo Cypria, quae -x vocatur, corticis cinere alopecias emendat *eqs.* 32, 141. *ex eo fit tibia*: APVL. carm. frg. 4 (apol. 9), 11 si animam inspires -i (*Haupt*, dona et *codd.*; *syn.* dulciloquo calamo). VERS. metr. Mar. Victor. gramm. VI 85, 1 (= frg. Bob. gramm. VI 622, 8 vere ... sibilat teres -x. **2** *animal, concharum genus, i. q. solen* (*cf. Diphilus frg. Athen. 3 p. 90 d*): PLIN. nat. 32, 151 solen sive aulos (*cf. vol. II p. 1464, 63 ss.*) sive -x sive onyx sive dactylus (*cf. supra p. 3, 83 ss.*). *fortasse aliud genus concharum*: PLIN. nat. 32, 103 *ex pectinibus* mares alii -cas (donascas, donicas, onicas *v. ll.*) vocant, alii auluus, feminas onycas. *Brandt.*

***dōnec** (donicum, donique) [*prima vocabuli forma* donicum (-quom) *fuisse videtur; inde imminuta* donec, *distracta* donec cum, *amplificata* donique, doneque. *cf. c. umbr.* arnipo *'donec'*, *osc.* ne pon *'nisi priusquam' et c. theodisc.* zuo *anglosax.* tō *'ad'*, *slavon.* do *'ad, usque ad'*, *gr.* (οἰκόν-) δε, *fortasse c.* quando. *v. Brugmann, Indogerm. Forsch. 24, 84 sqq., Stolz-Schmalz, Lat. Gramm.*^{5} *754 sq. Th.*]. *de formis* (*cf. Neue-Wagener, Formenl. II*^{3} *p. 969 sqq.*): donicum (ROMAN. Char. gramm. I 197, 15 PRISC. gramm. III 74, 11: *cf.* FRONTO p. 196, 2 N. *marg* donicum pro -c): LIV. ANDR. carm. frg. 18 M. PLAVT. Aul. 58 *cf. p. 2003, 28* Capt. 339 (*Prisc. gramm. III 74, 14 et Gloss. Plaut. gramm. III 58, 3*; donec cum *codd. Plaut., cf. Lindsay ad h. l. p. 206*). Most. 116 Pseud. 1168 (donec *A?*). Truc. 39 (dolium *codd.*). Vid. frg. 5, 3 frg. inc. 35 CATO agr. 146, 2. 149, 2. 161, 3 or. frg. 10, 5 COM. pall. inc. 74^{1}. NEP. Ham. 1, 4 (donec *dett., quod praeterea nusquam*). ITIN. Alex. 21. 44 IVL. VAL. 1, 14. 2, 16. 31 SYMM. epist. 1, 11, 2 GLOSS. *donec cum*: PLAVT. Capt. 339? (*v. l. 36*). SCRIB. LARG. 47 *loco corrupto, v. infra l. 78.* ITALA Matth. 12, 20 (Hil. in Matth. 12, 10) IVL. VAL. 3, 20 *cod. A* HIL. in psalm. instr. 3. 131, 5. 11 in Matth. 17, 3. *donique*: LVCR. 2, 1116. 5, 708 (doneque A^{1}). 723. 997 (denique *codd.*). VITR. 3, 5, 6 (denique *codd. item* 5, 12, 3. 10, 16, 12?). CORP. VI 2120, 18 (*a. 155 p. Chr.*). ITALA Afr. ed. Soden Matth. 2, 9 (denique k^{1}). 5, 26. 10, 23 (denique k^{1}). 12, 20 (denique *k*). Marc. 9, 1 (= 8, 39). GLOSS. V 449, 41 denique finiantur: donec deficiant. *cf.* TERT. scorp. 5 p. 155, 15, *ubi Hartel pro* denique *coniecit* donec. *doneque*: LVCR. 5, 708? (*v. l. 45*). ITALA (cod. e) Luc. 21, 24. 32. 22, 16. *donique cum*: VITR. 9, 1, 11 (denique cum *codd.*; *cf. etiam Krohn in app. crit.*). *donec*: *vetustissima exempla*: LEX XII tab. (Fest. p. 348) PLAVT. Amph. 598 Bacch. 758 Cist. 583 Merc. 194 Mil. 269 Rud. 716. 812 Vid. 91 CATO agr. 43, 2. 54, 4. 67, 2. 76, 4. 86. 88, 1. 2. 106, 1. 150, 2. 156, 5. *de brevitate ultimae*: PRISC. gramm. III 74, 16 *in c primitiva* producunt extremam syllabam excepto -c. *sim.* 484, 23. donēc *in hexam ?* VEN. FORT. carm. 9, 2, 65 -c adventum (in *v.* ad adv. *coni.*). dŏnec *scribitur* CARM. epigr. 2177, 9 (*v. p. 1995, 51*). GLOSS. ἕως, μέχρι, ἄχρι, μέχρις οὗ, ἄχρις οὗ, quamdiu. *de structura cf.* PALAEM. Char. gramm. I 227, 18 -c iungitur subiunctivis, velut -c veniam (DIOM. gramm. I 393, 16 DOSITH. gramm. VII 420, 10). *legitur inde a* LEGE XII tab. (*v. infra l. 69*) *per totam latinitatem. non habent* LVCIL. RHET. Her. CAES. BELL. Alex. Hisp. (*at* Afr. *quater*) SALL. GERM. VELL. AMM. SCHOL. Cic. Bob. Gron. *al. nota raritatem*: CIC. *quater*, NEP. *semel* (Ham. 1, 4 [donicum, *v. supra l. 40*]), VERG. *octies*, PHAEDR. *semel* (2 epil. 19), MART. *semel* (12, 82, 13). *vocabulum amatur a* CELS. SCRIB. LARG. TAC. Ictis. GREG. TVR.

loci mutili: LEX XII tab. (Fest. p. 348) quandoque sarpta, -c dempta erunt. PLAVT. Vid. 91 usque -c solvero. ACC. trag. 116 -c tu auxilium, Perseu, tetulisti mihi. LEX repetund. (Corp. I^{2} 583) 65 *omnia* ad eam diem, -c solutum erit ... (*deest verbum*). COM. pall. inc. 74^{1} usque donicum effligatur. VARRO Men. 109 -c foras nos intus evallaverunt. FAST. cos. Cupr. frg. f a. p. Chr. 4 (Corp. I^{2} p. 62). FEST. p. 304 VAL. FL. 3, 79 AVSON. 157, 2. 365, 15 CARM. epigr. 97, 15. 884. *loci corrupti*: PLAVT. Merc. 194 neque quisquam hominem conspicatus, -c in navi super (*coni. alii alia*). Truc. 39 *v. p. 1994, 25.* ACC. trag. 26. SCRIB. LARG. 47 oportet ... explere circuitum eius, donec cum (donicum *Rhod.*) videatur pator narium cuneatione quadam *eqs.* (*recte* MARCELL. med. 10, 8 -c videatur in narem cum cunctatione quadam *eqs.*, *cf. P. Jourdan, Notes de critique verbale sur Scrib. Larg., Par. 1919 p. 51*). *corrupte*: CELS. 8, 14, 2 (*v. Marx in adnot.*). PLIN. nat. 27, 139 VAL. FL. 3, 207? BACHIAR. repar. laps. 19 p. 1057 B.

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I -c *inducit actionem, quae finit antecedentem* (*i. q.* 'ad quod temporis punctum', 'quoad', 'so lange bis'. *usque ad* Ov. *locos dedi omnes. de singulari quadam significationis interpretatione v. p. 2001, 35*): A *cum indicativo* (*inf. hist. v. p. 1996, 1*): 1 *praesentis* (*praes. hist. v. l. 9. 13. 18. al.*): a *sententia primaria est affirmativa*: LVCR. 2, 949 motus ... impediuntur, -c materies ... animae nodos ... solvit dispersamque ... eiēcit. VERG. georg. 3, 558 dat stragem ..., -c ... discunt. Aen. 10, 268 regi ... ea mira videri, ... -c ... respiciunt. AETNA 328 tangitur ... spiritus ..., exercet ... vires, properat transitque ..., -c ... exilit (*v. Sudhaus ad h. l.*). Ov. rem. 211 -c dediscis amare, ipse tibi ... decipiendus eris. met. 261 illa novat formas, -c ... sentit (*opp.* tum demum). 14, 259. LIV. 1, 54, 10 sensus malorum ... adimi, -c ... res ... traditur. 4, 34, 3 *al.* MANIL. 3, 86 ordo ducem sequitur, -c venit orbis in orbem. 3, 381. CELS. 6, 10, 2 *sucus* coquitur, -c ei mellis crassitudo est (*sic mell.*, sit *rell.*). COLVM. 6, 5, 4 virus elicitur, -c pars ... demortua excidit et ... caput conservatur. 6, 8, 1. PETRON. 6, 4 quocumque ieram, eodem revertebar, -c ... accedo aniculam. PLIN. nat. 8, 66 iterumque consequitur ac subinde, -c ... inrita feritas saevit. VAL. FL. 6, 634. 8, 292 SIL. 1, 605. 10, 168 HOMER. 830. STAT. Theb. 7, 590 fuga ... per agros ..., ... -c ... insequitur. 8, 542. GAIVS dig. 35, 2, 73, 4 quantum interea, -c dies obtingit, heres lucraturus est. APVL. met. 10, 10. NEMES. ecl. 3, 67 docebat, ... -c ... nox iubet. ITIN. [Silv.] 24, 3 dicuntur ... antiphonae, -c commonetur episcopus. SVLP. SEV. Mart. 12, 4 rotabantur, -c ... ponunt. COD. Theod. 13, 3, 1, 1 (*ca. a. 321*) servo ..., -c summa haec exsolvitur, retinendo. 13, 10, 4 (*ca. a. 370*) immunes esse debere mulieres ..., -c virum unaquaeque sortitur. *nota plusquamp. in enuntiato regenti*: APVL. met. 9, 25 fuerat imprecatus et iterato ... et frequentato saepius, -c ... suspicatur (*cf. p. 1994, 30. 1999, 18*).

b *sent. prim. est negativa*: PLAVT. Most. 116 usque mantant neque id faciunt, donicum parietes ruont. Cist. 583 ⟨non⟩ ... destiti instare usque adeo, -c se adiurat (*an perf.?*) anus iam mihi monstrare. HOR. sat. 1, 5, 21 nil ... procedere lintrem sentimus, -c ... prosilit unus. VAL. FL. 3, 414 me ... accedere ... haut fas interea, -c lustralia pernox vota fero. STAT. Theb. 1, 204 nec ... ausi ..., veniam -c pater ... iubet esse. 4, 143. MART. CAP. 8, 805, 27 nec scit ..., -c ... rapit.

2 *imperfecti*: TAC. hist. 1, 9 legiones diutius sine consulari fuere, -c ... aderat. FLOR. epit. 1, 7, 10? (*v. p. 2002, 22*).

3 *perfecti*: a *pendet ex sententia primaria cum indicativo*: α *affirmativa*: CATO or. frg. 10, 5 qui apud regem fuisti, donicum ille ... interdixit. VARRO ling. 5, 23 -c *os exceptum* in purgando humo (homo *F*) est opertum, — ut pontifices dicunt 'quod (*i. quoad*) inhumatus sit' —, familia funesta manet. 5, 69 quod ... luna iuvat, -c ... produxit in lucem. LVCR. 1, 222 -c vis obiit ..., nullius exitium patitur natura videri. 2, 1116 ignem ignes procudunt aeraque ⟨aer⟩, donique ad ... finem omnia perduxit ... natura. 2, 1130 plura accedere debe⟨n⟩t, -c ... tetigere cacumen. 3, 656. 4, 431. 5, 176 in tenebris vita ... iacebat, -c diluxit (*sim.* 5, 877) 5, 687. 708 luna potest ... lumen convertere ..., donique ... pleno ... lumine fulsit. 5, 723 potest ... edere formas, donique ... vertit (*an praes.?*). 5, 1357. 6, 120 *sonus* diu ... ducitur, exierunt -c regionibus artis. 6, 203 nunc ... fremitu⟨s⟩ ... mittunt ... circum versantur ... convolvunt ... atque ... cogunt multa rotantque ..., -c ... fulserunt (*de longa protasi cf.* AETNA 328 *supra l. 9*). 6, 1015. VERG. ecl. 6, 85 ille canit ..., cogere -c oves ... iussit ... Vesper. georg. 4, 312 magis magis aera carpunt, -c ... erupere. Aen. 2, 630 nutat, volneribus -c ... evicta ... congemuit. 5, 698 madescunt robora, restinctus -c vapor omnis. 8, 326 sic ... regebat, deterior -c ... aetas ... successit. 9, 440. 12, 254. CIRIS 481 *Ciris* iactatur ..., -c ... non tulit ac ... mutavit ... coniunx Neptunia. HOR. sat. 1, 3, 103. 2, 2, 50 epist. 1, 10, 35. 1, 18, 42 gratia ... dissiluit, -c ... conticuit lyra (SCHOL. tamdiu dissiderunt, -c Amphion ... citharam omitteret). 2, 1, 148 libertas ... lusit amabiliter, -c ... in rabiem coepit verti iocus (PORPH. tamdiu iocari ... licuit, -c ... dedissent ... operam. SCHOL. tamdiu ... carmina cucurrerunt, -c ... verteretur). PROP. 1, 1, 5 pressit ..., -c ... docuit (*v. Rothstein in comment.*). *nota* 1, 3, 31 et modo solvebam ... et modo gaudebam ... nunc ... dabam ..., -c ... patefecit. Ov. epist. 12, 99 sedi ..., -c ... conseruere manus. met. 1, 624 *al.* LIV. 1, 7, 14 antistites ... per multas aetates fuerunt, -c ... genus ... interiit. 1, 23, 3 *al.* (*passim*). 4, 46, 3 contemnere ... et contemni (*inf. hist.*), -c ... tandem ita comparatum est, ut. perioch. 3 p. 8, 3. MANIL. 3, 264 cadunt ... surguntque ..., -c ... pugnarunt. FEST. p. 246, 26. SEN. Oed. 745 timet bella ..., -c cecidit ... iuventus. 760. dial. 2, 2, 2. 5, 20, 4 (*seq.* tum demum). nat. 3, 25, 12 *al.* epist. 121, 8 totiens resurgit, -c ... exercuit. OCTAVIA 481 illum ... Fortuna iactavit diu ..., hostes ... -c oppressit. CVRT. 4, 4, 6 *al.* LVCAN. 3, 590. 4, 714. PETRON. 21, 2 modo ... cecidit, modo ... inquinavit, -c ... iussit. 25, 5. 40, 1 *al.* PLIN. nat. 2, 238 arsere per aliquot dies ..., -c ... piavit. 6, 101. 7, 84 *al.* VAL. FL. 1, 496. 591. 2, 373 *al.* SIL. 2, 648. 3, 156 *al.* 11, 285 damnat honores ..., -c pulsa fames et ... laxarunt. STAT. silv. 1, 4, 109. Theb. 1, 380 *al.* QVINT. decl. 298 p. 177, 8 dicebam ..., -c eo res redit, ut ... timerem. 305 p. 196, 14 FRONTIN. strat. 2, 5, 1. TAC. Agr. 36 ipsi magnam vim telorum superfundere, -c ... cohortatus est (*item inf. hist.* hist. 1, 72 *al.*). Germ. 37 mox ... minae in ludibrium versae, inde otium, -c ... Gallias adfectavere. 45 diu ... iacebat *sucinum*, -c ... dedit. hist. 2, 61, 95. 4, 27 illum auctorem ... vocant, -c ... obiecit. ann. 3, 31. 6, 44. PLIN. epist. 4, 11, 8 SVET. Iul. 1, 2. 82, 3 aliquamdiu iacuit, -c ... rettulerunt. Aug. 16, 1 Tib. 45 *al.* gramm. 24 diu ... petiit, -c ... se contulit. 25 consuerant ... interdum Graecorum scripta convertere ..., -c sensim haec exoluerunt. FLOR. epit. 1, 9, 8 arma pro libertate corripuit, mox pro finibus, deinde pro sociis ..., -c ... itum est. 1, 11, 2 dimicatur diu, -c ... iaculatus est. 3, 21, 25. 3, 22, 9 LAEL. FEL. Gell. 15, 17, 4 ARGVM. Plaut. Amph. 1, 9 APVL. met. 9, 7 *al.* TERT. nat. 2, 17 p. 133 morabantur, -c postremo ... cessit. ITALA Ios. 10, 13 (Tert. ieiun. 10 p. 288, 8) stetit sol ..., -c ultus est (ἕως ἠμύνατο. VVLG. -c ulcisceretur). ITALA (Tert. adv. Marc. 2, 10 p. 349, 5) *et* VVLG. Ezech. 28, 15 fuisti invituperabilis ..., ex qua die conditus es, -c inventae sunt laesurae tuae (ἕως εὑρέθη). ITALA Afr. ed. Soden Matth. 2, 9 stella ... praeibat ..., donique ... stetit (ἕως ... ἐστάθη. VVLG. usque dum ... staret). NEMES. ecl. 2, 89 LACT. inst. 2, 8, 49 *al.* IVST. 12, 6, 15 *al.* AMBR. Noe 17, 63 HIER. epist. 57, 2, 3 VVLG. gen. 26, 13 *al.* Matth. 1, 25 *v. p. 2001, 37*. 13, 33 abscondit ..., -c fermentatum est (*cf.* Luc. 13, 21 abscondit ..., -c fermentaretur. *gr. utroque loco* ἕως οὗ ἐζυμώθη). CLAVD. 18, 154 *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 4, 4 *al.* SIDON. epist. 1, 7, 3 *Arvandus* ridere ..., contemnere, pati ..., -c ... pervenit. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 21 *al.* MEROB. poet. 183 veniam pars poscere ..., -c ... hauserunt. GREG. TVR. Franc. 5, 20 INST. Iust. 3, 2, 3a. SEN. nat. 3, 15, 5 tamdiu manat, -c ... effluxit. epist. 120, 7 FLOR. epit. 1, 10, 8. PLAVT. Truc. 39 (*loc. dub. trad.*) impedit piscis usque adeo donicum (dolium *codd.*) eduxit foras. CIC. Verr. II 1, 17 usque eo timui, ne ..., donec ... venimus. LVCR. 6, 458 crescunt ventisque feruntur usque adeo, -c tempestas ... coortast. HOMER. 1061 usque resistit, -c ... ceciderunt. SPART. Hadr. 23, 7. TAC. ann. 2, 28 interim ... ornat *eqs.* ..., -c ... detulit (*cf. Nipp. ad l.*). *nota plusqup. in enuntiato regenti* (*brachylogia sec. Draeger, Syntax d. Tac.*[2] *p. 65 ad* ann. 13, 44. *cf. p. 1993, 27. 1999, 18*): LIV. 4, 57, 2 contentio ... occupaverat cogitationes ..., -c ... ait. 21, 46, 7 iam ... ad pedes pugna venerat (*Gron.*; abierat *Luterb.*; addes pugna uierat *P*), -c ... se ostenderunt. TAC. ann. 13, 44 commoverat quosdam ..., -c ... aperuit. 15, 9 *v. p. 1995, 4*. CLAVD. 28, 357 iam ... rettulerant, -c ... prosiluit.

β *negativa*: PLAVT. Amph. 598 neque ... credebam primo ..., -c Sosia ... fecit. QVADRIG. hist. 10[b], 17 CIC. Verr. II 4, 87. VERG. Aen. 11, 201 neque avelli possunt, nox umida -c invertit caelum (CLAVD. DON. usque eo ... spectaverunt, -c ... nox veniret). 11, 803 nihil ... memor ..., hasta ... -c ... haesit (CLAVD. DON. tamdiu nec vidit hastam nec sensit, -c eam ... perculeret). *nota* PROP. 1, 9, 29 qui non ante patet, -c manus attigit ossa. Ov. met. 3, 90 nec longius ire sinebat, -c ... pressit. fast. 5, 23. LIV. 1, 31, 5 nulla ... quies dabatur ..., -c ... morbo est implicitus. 10, 16, 2 populari non destitit agros, -c ... expulit. 30, 33, 16. CELS. 1 pr. 5 p. 2, 5. SEN. nat. 7, 29, 3 non desiit ... ferri, -c excessit. PETRON. 116, 2. SIL. 7, 272 non vacat ... depellere ..., -c ... clausit. QVINT. decl. 295 p. 168, 23 SVET. Iul. 28, 2 Vit. 17, 1 APVL. met. 9, 23 PLIN. med. 3, 38 VVLG. III reg. 10, 7 *al.* Matth. 1, 25 *v. p. 2001, 37*. GREG. TVR. Franc. 1, 14/15. TER. Andr. 662 numquam destitit ... orare usque adeo, -c perpulit. Hec. 126 usque illud visumst ..., -c iam ..., postquam videt ..., ... ibi demum ita aegre tulit, ut. CIC. Tull. 14 quem se habere usque eo non moleste tulit, -c ... nactus est. EPIT. Alex. 69 usque eo non credidit, -c ... repperit.

b *pendet ex subiunctivo, infinitivo, parte sententiae regentis*: LVCR. 1, 900 saepe ... fit ..., ut ... cacumina ... terantur ..., -c ... fulserunt. Ov. met. 4, 51 an *narret*, ut ... verterit ..., -c ... passa est. LIV. 1 pr. 9 mores sequatur animo ..., ut ... ire coeperint ..., -c ... perventum est. TAC. ann. 15, 54 mirum quam ... omnia cohibita sint, -c proditio coepit. AMBR. Noe 17, 63 quod non cognoverit eam Ioseph, -c peperit filium (*cf. p. 2001, 37*). LVCR. 2, 276 materiem ... perspicuumst ... ire ..., -c eam refrenavit ... voluntas. 5, 1457 alid ex alio clarescere ... videbant ..., ad summum -c venere cacumen. Ov. met. 15, 291 Zancle ... iuncta fuisse dicitur Italiae, -c confinia pontus abstulit. LIV. 4, 26, 7. 9, 42, 3 Appium ... petisse consulatum comitiaque eius a L. Furio ... interpellata, -c se ... abdicavit. CVRT. 10, 5, 3. MELA 3, 37 *Hyperborei* morem ... diu et -c vitio gentium temeratus est servasse referuntur. STAT. silv. 4, 6, 15 suaserunt ... expellere somnum, -c ... prospexit ... Castor. SVET. gramm. 27 servisse dicitur ..., -c ... subscripsit. TERT. praescr. 30, 2 constat illos ... credidisse ..., -c ... venena ... disseminaverunt. SVLP. SEV. chron. 1, 29, 9 INST. Iust. 4, 12 pr. SEN. Oed. 906 stetit alitem exspectans ..., -c ... manus movit. PLIN. nat. 4, 91 virgines ... venerabiles, -c ... instituere. 8, 150. 9, 25 *al.* TAC. hist. 1, 82 licentiam ... poscentibus, -c ... cohibuit. 4, 77. ann. 13, 25 convertit ... prospectans, -c remedium repertum est. 15, 73 *al.* OROS. comm. 1 p. 152, 12 egressus sum ... vi actus, -c ... adlatus sum. CELS. 1 pr. 11 p. 2, 36 nullo ... agitante ..., -c mutavit. TAC. ann. 4, 72 tributum ... iusserat ..., non intenta ... cura ..., -c ... delegit.

nota verb. subst. supplendum: LIV. 5, 32, 5 Romani praedas ... egerunt, -c ... indutiae datae. 6, 31, 4 ut ... violentior potestas ... esset, -c condiciones impositae patribus. 10, 1, 5. SIL. 11, 285 *v. p. 1993, 79*. 12, 384 intervalla ... corripiunt ..., -c ... perventum.

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

STAT. Theb. 6, 236 soporant imbre rogum, ... -c ... labores exhausti. QVINT. decl. 305 p. 195, 19 armaverunt ..., -c ... adducti. TAC. Agr. 26 fuit ... proelium, -c pulsi hostes. hist. 2, 15. 4, 50. 4, 74 fastus ... perpetiebantur, -c ... vetitum. ann. 15, 9 *legiones* infirmaverat, -c ... auditum. CLAVD. 5, 292.

4 *praesentis et perfecti*: VERG. Aen. 6, 745 arva tenemus, -c longa dies ... exemit labem purumque relinquit (*FM*, reliquit *PR*) ... sensum. 10, 300 rates inferre Latinis, -c rostra tenent siccum et sedere carinae. STAT. Theb. 2, 627 stabat adhuc, -c ... labitur immorsaque ... obmutuit hasta.

5 *plusquamperfecti*: LVCR. 5, 997 accibant ... Orcum, donique (denique *codd.*) eos vita privarant (-runt *aliq. edd.*) vermina.

6 *futuri I* (*cf. etiam sub coni. praes. p. 1996, 4*): **a** *pendet ex sententia primaria vim futuri continente*: LIV. ANDR. carm. frg. 18 M. ibi manens sedeto, donicum videbis (*ex Hom. Od. 6, 295 μεῖναι χρόνον, εἰς ὅ κεν ... ἔλθωμεν*). VERG. georg, 4, 413 contende ... vincla ..., -c ... erit. Aen. 1, 273 hic ... regnabitur ..., -c ... dabit Ilia prolem. SIL. 3, 710 augebis ... nullique relinques ..., -c ... trepidabunt ... regna. 13, 888. PELAGON. 61 impones, -c ... erumpent (CHIRON 555 -c aut foras erunt [-c aut⟨em⟩ *Oder*, donec ut *Ahlquist, Studien p. 126*; donec adforas *C. Hoppe*]). CATO agr. 43, 2 usque -c trimae erunt *vineae*, fodere oportet. 106, 1 misceto usque adeo, -c ... natabit. 156, 5 coquito usque -c commadebit. *c. neg.*: LIV. 25, 12, 6 *v. infra l. 68.* COLVM. 12, 19, 4 nec absistat id facere, -c videbitur.

b *pendet ex inf., parte sententiae regentis*: PAVL. dig. 43, 20, 7 cavere ... debebit, -c quaestio finietur, non se usurum. AVG. civ. 15, 1 p. 58 D. mihi videtur ... aggrediendus excursus, ex quo ... coeperunt, -c ... cessabunt.

7 *futuri II* (*cf. coni. perf. p. 2000, 40*): **a** *pendet ex sententia plena cum indicativo, imperativo, exhortativo*: *α affirmativa*: PLAVT. Pseud. 1168 hunc faciamus ludos ..., adeo donicum ipsus ... senserit. frg. 35 inimicus esto, donicum ego revenero. CATO agr. 47, 2 cotidie ... locum commutet, -c ... pervenerit (*cf. infra l. 56*). 146, 2 donicum solutum erit ..., pigneri sunto. 149, 2. 150, 2. CIC. fin. 4, 65 illud in eadem causa est ..., -c evaseris. VERG. Aen. 2, 719 me ... attrectare nefas, -c me ... abluero. HOR. sat. 2, 96 -c ... dixerit, urge. carm. 3, 6, 2 delicta ... lues ..., -c templa refeceris (PORPH. pro '-c reficias'). OV. met. 9, 411 agitabitur ..., -c ... poposcerit. VITR. 9, 1, 11 morantur, donique (denique *codd.*) cum idem sol ... transitionem fecerit (*an coni. perf.? cf. etiam p. 1992, 52*). CELS. 6, 8, 1 cum ... oleum ... adicit, -c mellis crassitudinem fecerit. 8, 7 p. 341, 8 perseverandum est, -c ... maxillam callus firmarit. LEX Salpens. (Corp. II 1963) 1, 35 -c ... alter uter ... adierit, ... potestas esto. QVINT. decl. 311 p. 222, 23 addictus, -c ... solverit, serviat (*cf. p. 2000, 54*). VLP. dig. 1, 9, 8 feminis ... dignitatem ... tribuunt ..., -c ... fuerint copulatae. PAVL. dig. 41, 2, 3, 10 possideo, -c liber fuerit pronuntiatus. CYPR. epist. 21, 2 p. 530, 21 flens ... dies exegi et exigo ..., -c auxilium ... subvenerit. IVL. VAL. 1, 14 adhuc ... adloquar ..., donicum ... recognovero. COD. Theod. 8, 5, 1 (*a. 315*). 8, 12, 2 (*a. 316?*). 9, 2, 3 (*a. 380*). 1, 1, 5 (*a. 429*) adgredientur ..., -c dignus ... fuerit. COD. Iust. 9, 3, 2, 3 (*a. 380*) debebit ... retineri, -c reppererit *eqs.* CARM. epigr. 2177, 9 tutare parentes, dónec fata meis letos (*nom.*) contráxerit umbris. CONC. Aurel. a. 549 p. 106, 11 in tantum ... noverit se esse suspensum, -c ... reddiderit. CHIRON 212 praestat ... tamdiu, -c ... lax⟨av⟩erit. PLAVT. Mil. 269 ibo odorans ... usque -c persecutus volpem ero. CATO agr. 47, 2 amurcam commutet usque adeo, -c ... pervenerit (*cf. supra l. 32*). 76, 4 linito usque adeo, -c ... abusus eris. 86. 88, 1. 2. 161, 3 usque licebit vellas, donicum ... videris ire. GAIVS inst. 2, 213 manet ... eo usque, -c ... fecerit. COMMENT. Lucan. 1, 445 suspenditur usque, -c ... digesserit. COD. Iust. 3, 11, 3 (*a. 318*) eo usque ... officium conquiescat, -c ... defluxerint curricula. ad eam diem -c: *v. p. 1992, 72.* *β negativa*: PLAVT. Bacch. 758 ne ... exsurgatis, -c a me erit signum datum. Capt. 339 ego me amitti, donicum ille huc redierit, non postulo. Vid. frg. 5, 3 neutri reddibo, donicum res iudicata erit. TER. Phorm. 420 haud desinam, -c perfecero hoc. DORCAT. carm. frg. 2 neu tu parce ... condere ..., uncia -c erit ... addita. OV. fast. 6, 227 -c ... detulerit ..., non ... licet. LIV. 25, 12, 6 (*carm. Marc.*) 'neque credes ..., -c compleris ... campum multaque milia ... deferet amnis'. MANIL. 1, 217 nusquam invenies ..., -c ... veneris. VVLG. Ruth 3, 3 non te videat homo, -c ... finierit. CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 114, 18. TER. Phorm. 590 neque defetiscar usque adeo experirier, -c tibi ... effecero. **b** *pendet ex inf., coni., parte sententiae*: PLAVT. Rud. 716 est aequom aetatem ... ibi te usque habitare, -c ... contriveris (TER. Ad. 718 nunc vero domi certum obsidere est, usque -c redierit). COLVM. 3, 13, 9 operis exordium est ... humum ... in tantum deprimere, -c ... mensuram ... ceperit. SCAEV. dig. 24, 3, 28, 8 esse volo, -c ... pervenerit. 36, 1, 64, 1 *al.* PAVL. dig. 41, 2, 3, 9 constat possidere nos, -c aut ... discesserimus aut vi deiecti fuerimus. MOD. dig. 42, 1, 28 respondit ... esse, -c ... confirmaverit. SCAEV. dig. 33, 1, 21, 2 petit, ut ... praestaret, -c ... pervenerit. VVLG. I Esdr. 4, 21 ut ... non aedificetur, -c ... iussum fuerit. COD. Theod. 1, 34, 1 (*ca. a. 400*) quattuor ... menses ... tributos esse ..., -c ... adhibuerit. HIER. epist. 9, 3 succedit oblivio tamdiu nescitura ..., -c ... revocaverit.

ad I A: pro ind. est ***inf. historicus***: TAC. ann. 13, 57 neque extingui poterant *ignes* ..., -c ... agrestes ... saxa iacere, dein ... absterrebant.

a *in variis a c t i o n i b u s ad -um pertinentibus*: PLAVT. Cas. 459 apage te a -o meo. Epid. 93 *senex* virgis -um despoliet meum. Mil. 397 timeo, quid rerum gesserim: ita -us (*v. l. 23*) totus prurit. Trin. 719 quid ego nunc agam, nisi ut sarcinam constringam et clupeum ad -um accommodem? VERG. Aen. 10, 226 *nympha natans* -o eminet *sc. undis.* 11, 571 tigridis exuviae per -um *Camillae* a vertice pendent. CVRT. 4, 2, 20 *Macedones* -o sicut iumenta onera gestare. 5, 13, 8 *dimachae* -o . . . arma portabant. PETRON. 64, 11 Trimalchio . . . puerum . . . iussit super -um ascendere suum. SIL. 16, 420 -o atque umeris . . . Hiberi ora superposuit sonipes (*syn.* 422 terga). APVL. met. 1, 13 ut grabatulus . . . succussu meo . . . super -um meum palpitando saltaret. 9, 12 homunculi . . . -um . . . plagosum . . . centunculo magis inumbrati quam obtecti. TERT. adv. Marc. 3, 13 p. 396 *imperator infans* de nutricis aut gerulae suae collo sive -o hostem destinaturus (PS. TERT. adv. Iud. 9). ITALA gen. 9, 23 (Aug. civ. 16, 2 p. 123 D.) *Sem et Iapheth* vestimentum posuerunt supra -a sua (*cf.* GREG. M. moral. 10, 9 p. 924[C] superiecto -is pallio. VVLG. umeris). I reg. 4, 18 (Lucif. Athan. 1, 11) contribulatum est -um *Heli.* Is. 50, 6 (Tert. resurr. 20 p. 52 adv. Marc. 3, 5 p. 382 Cypr. epist. 13, 4 testim. 2, 13 Barnab. 5, 14 Comm. apol. 354 Hier. epist. 50, 5, 2 *cf.* Tert. fug. 12) -um meum posui ad flagella (*potest referri ad c*). COMM. instr. 1, 17, 8 *Duellonarii* -a sua allidunt parca bipinne. ANTH. 207, 1 ne . . . tibi -a flagellis conscindat coniunx. FIRM. math. 4, 14, 2 *homines* laturarios umeris ac -o subsidia quaerentes. LACT. mort. pers. 5, 3 imposito pede super -um *Romani.* SPART. Hadr. 17, 6 veteranum . . . -um et ceteram partem corporis . . . atterere. OPTAT. 5, 7 *operarius* curvato -o . . . sinus terrae faciat *ad vineam pastinandam.* CLAVD. DON. Aen. 5, 585 nudato -o . . . remeabant concordes. 11, 55 vulneribus pudendis, hoc est -o susceptis. 11, 550 a -o . . . quomodo *pater filiam ferret?* VVLG. III reg. 10, 13 virga *invenitur* in -o eius, qui indiget corde (26, 3). 12, 10. Ier. 48, 37 super omne -um cilicium. Ezech. 8, 16 viri -a habentes contra templum. 9, 11 *vir* habebat atramentarium in -o suo. Am. 8, 10 inducam super omne -um vestrum saccum. RVFIN. hist. 4, 15, 4 in -um supinatis martyribus. hist. mon. 29 fratribus supra . . . -a ludebant *daemones.* CLAVD. 5, 413 fracti curvamina -i *Rufini.* 28, 577 quod . . . sub aurato crispentur serica -o. AVG. civ. 18, 23 p. 287 D. dabit . . . *deus* ad verbera . . . sanctum -um. 19, 4 p. 357 si usque ad ponendas (in terra manus -i spina curvetur. DRAC. Romul. 9, 180 quid -a viri *Hectoris*) palpant *mater et uxor*? VEREC. in cant. 2, 20 cum *Christus* -um haberet ad Petrum. ORIBAS. syn. 6, 33 in . . . scapulis aut -o ventosas imponere. PASS. Matth. p. 240, 24 extendite eum a -o in terram. 240, 28 superponite sarmenta super -um eius.

b *de n a t u r a* (*pulchritudine p. 2038, 7*) *-i*: VARRO Gell. 3, 10, 7 *s p i n a* est in -o (*cf.* AVG. gen. ad litt. 7, 13 p. 212 *ossibus* -i spina conseritur. SIDON. epist. 1, 2, 3 aream -i *Theodosii* humilior inter excrementa costarum spina discriminat). FRONTO p. 81, 22 N. dolor a -o et lumbis incubuit. ARNOB. nat. 3, 13 caput . . . retinaculis nervorum -o illigatum. PHYSIOGN. 62 *metaphrenum* pars -i est. 66 -um latum solidum virile est et contrarium muliebre. quorum -um incurvum est. 125 homines -o lato. 127. 129. *nota plur. poet.*: APVL. met. 2, 9 *capilli decor* -a *Fotidis* permanat.

in locutione tropica hebr.: VVLG. III reg. 12, 10 digitus meus grossior est -o patris mei.

c *in l o c u t i o n i b u s t r o p i c i s* (*cf. etiam l. 8. p. 2037, 42. 60*: ITALA gen. 49, 8 (Cypr. testim. 1, 21 Aug. c. Faust. 12, 42 civ. 16, 41 p. 191 D.) manus tuae super -um inimicorum tuorum. Ios. 7, 8 (Lugd., Lucif. non parc. 3) convertit Istrahel -um contra inimicum suum. psalm. 65, 11 (Cas.) posuisti metas in -bus nostris. Ier. 2, 27 (Cypr. testim. 3, 59) converterunt ad me -um et non faciem (*cf. infra l. 17. 21 al.*) suam. Zach. 7, 11 (Lucif. Athan. 1, 37) dissuaserunt, ne observarent, et dederunt -um. COMM. instr. 1, 24, 9 vertis te in faciem et -um deo remittis. ANTH. 224, 5 sequitur illa (*uxor*) calens *maritum,* -um dabit ille calenti. HIL. c. Const. 5 *Constantius* non -a caedit, sed ventrem palpat. VVLG. deut. 33, 11 percute, *domine*, -a inimicorum eius. II par. 29, 6 averterunt *patres nostri* facies suas a tabernaculo domini et p r a e b u e r u n t -um (*aliter* VEREC. in cant. 6, 11 *apostoli* norunt -a supportando praebere *Christo*). psalm. 65, 11 posuisti tribulationes in -o nostro. 68, 24 -um eorum semper i n c u r v a (Rom. 11, 10. *cf.* RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 153, 10 beatae . . . sunt . . . animae, quae -um suum curvaverunt. AVG. civ. 17, 19 p. 246 D. ut in terrena sint proni, -um eorum semper incurvum est). psalm. 80, 7 divertit ab oneribus -um eius. 128, 3 supra -um meum fabricaverunt peccatores (*cf.* HIL. in psalm. 128, 6. 8. 10.) Sirach 21, 18 proiciet *luxuriosus verbum sapiens* . . . p o s t -u m suum (*cf.* AVG. serm. 142, 3 quod post -um habere cupiebat *anima*, ad faciem illi admovetur. NICET. frg. 4 p. 8 catenas [*i. peccata*] *homo* post -um suum velut in faciem proiciens inimici [symb. 5, 1]. GREG. M. moral. in Ezech. 1, 3, 17 *temporalia* quasi post -um relinquimus). Sirach 35, 22 contribulet *dominus* -um ipsorum. Is. 45, 1 -a regum vertam. Ier. 18, 17 -um et non faciem (*cf. supra l. 15*) ostendam eis in die perditionis eorum. Baruch 2, 33 avertent se a -o suo duro et a malignitatibus suis. Nahum 1, 13 conteram virgam eius de -o tuo. AVG. lib. arb. 2, 16 se avertunt a lumine tuo tanquam -um ad te p o n e n t e s (in euang. Ioh. 8, 1 in psalm. 25 enarr. 2, 4 PS. AVG. serm. 13, 1). serm. 17, 5 tollo te a -o tuo et pono te ante oculos tuos. 142, 4 *deus* fugientis -a persequitur. in psalm. 100, 3 (*sublucente notione q. e. sub II*) qui non vult videre peccata sua, p o s t -u m s e p o n i t (*cf.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 13 p. 365[A] bonitatis forma atque virtutis post -um se ponens. GREG. M. moral. 11, 40 *audaces* post -um eius [*dei*] positi). in psalm. 128, 7 quia non potuisti mihi (*cf.* VVLG. *psalm. 128, 2*), ascende in -um meum. conf. 4, 4, 7 *deus* imminens -o fugitivorum. PS. AVG. in Matth. 11, 3 qui . . . concupiscentias suas perseveranter sequuntur, -um quodammodo habent ad deum. PETR. CHRYS. serm. 41 p. 314[C] eos dedisse delictis corpora, qui -a hostibus non dederunt. GILD. Britt. 62 chron. III p. 60 *dei* oraculis blandis . . . *impii* -um versant et non faciem (*cf. supra l. 15*). CASSIOD. in psalm. 1, 1 *cathedra* nos curvatos molliter a -o suscipit. GREG. M. moral. 1, 22 *Samaritani* grave onus in -o mentis tolerant. *nota hebraismum*: VVLG. II reg. 22, 41 *et* psalm. 17, 41 inimicos meos dedisti mihi -um (נָתַתָּה לִּי עֹרֶף, ἔδωκάς μοι νῶτον). psalm. 20, 13 (תְּשִׁיתֵמוֹ שֶׁכֶם, θήσεις αὐτοὺς νῶτον) pones eos -um.

2 *a n i m a l i u m* (*maxime i u m e n t o r u m*) *p a r s s u p e r i o r c o r p o r i s* (*saepius cum genet. animalis; cum adiectivo animal significante*: PROP. 2, 30, 2 *infra l. 72.* SOL. 32, 30 *p. 2039, 54.* CARM. epigr. 1958, 3 taurino -o ['*i. tympano, cf.* CLAVD. carm. 24, 364 taurina tympana'. *Heraeus in plagulis*]. *cf. etiam* STAT. Theb. 2, 78. taurinum tergum: VERG. Aen. 1, 368 SIL. 7, 292 MART. 14, 66, 2):

a *de usu -i, sim.*: VARRO rust. 2, 10, 5 quod *iumentum* onus -o f e r r e possit (PHAEDR. app. 24, 2 *cornicem* -o cum tulisset *ovis.* SEN. Herc. O. 504 SIL. 2, 82. 10, 469 IVV. 12, 109 CLAVD. 28, 343). VERG. georg. 3, 116 Lapithae . . . i m p o s i t i -o *equorum* (OV. met. 2, 874 altera *manus Europae* -o *tauri* imposita est. CVRT. 8, 14, 40 PLIN. nat. 8, 93 APVL. met. 7, 12 ANTH. 330 tit. CLAVD. DON. Aen. 7, 160. *cf.* APVL. met. 8, 15 quidquid . . . pretiosum . . . meo atque aliorum iumentorum -o repositum). HOR. sat. 1, 9, 21 *asellus* -o subiit onus. epist. 1, 10, 38 *equus* non equitem -o . . . depulit. PROP. 2, 30, 3 si Pegaseo v e c t e r i s . . . -o (*cf.* SEN. Phaedr. 809 -o . . . cornipedis vehi. APVL. met. 1, 20 me . . . ad . . . civitatis portam . . . -o illius [*equi*] . . . provecto. TERT. nat. 2, 14 *Asclepiades vacculae* -o vehebatur. SOL. 11, 9 Europam tauri -o . . . vectitatam. AVG. civ. 1, 14 p. 25 D.; *cf.* MANIL. 2, 490 *Taurus* quondam vexerat ante Europam -o. SOL. 32, 27 *ut crocodili* victores suos inequitantes -o vehant. RVFIN. hist. mon. 11 p. 430[C] -um suum ad vehendum . . . praeparavit *crocodilus*). LIV. 9, 16, 16 ne . . . -um demulceatis *equorum.* MANIL. 4, 748 *Aries* deflevit . . . -um . . . levari *Helle delapsa.* 5, 85 alterno desultor s i d e r e -o quadrupedum . . . poterit (*cf.* CVRT. 6, 5, 18 in -o insidere *Bucephali.* LVCAN. 4, 682 *gens* nudo residens . . . -o *equorum.* 9, 577 liventi -o *elephanti* turris . . . sedet. PLIN. nat. 7, 26 *Pygmaeos* insidentes arietum caprarumque -is. APVL.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 8, 17 *mulier* meum -um residebat. 9, 32 *dominus* -um insidens meum. SVLP. SEV. dial. 2, 9, 3 -o illius [*vaccae*] daemonem supersedentem). MANIL. 5, 636 -oque *equorum* superbus *hic* ardua bella geret. 5, 705 ille elephanta premet -o. PHAEDR. 4, 4, 4 *equus hominem* -o levans (AVIAN. fab. 35, 8 *simia natum* -o suscipiente levat). CVRT. 3, 13, 16 iumentorum -o onera portantium (SIL. 10, 460. *cf.* COLVM. 7, 1, 3 *asellus* pleraque utensilia ... reportare ... -o ... potest. AVIAN. fab. apol. 35 *natum* in -o *simia* comportat). CVRT. 9, 8, 2 (*inter dona Indorum*) -a testudinum. COLVM. 2, 3, 1 *bubulcus* manibus ... comprimat -um *boum.* 6, 37, 1 -isque feminarum imprimit morsus *admissarius.* CALP. ecl. 6, 40 a -o totam quae (*cingula*) circuit alvum cervi. PLIN. nat. 8, 68 omnes *cameli* ... iumentorum ministeriis -o funguntur. 8, 155 nec Caesaris ... quemquam alium recepisse -o equus traditur (APVL. met. 7, 27 SOL. 45, 10. *cf.* AVG. civ. 1, 14 *Arionem* exceptum delphini -o.) nat. 9, 25 *puer* ascensurus -um *delphini.* 9, 36 *testudines* in -um ... vert[.] 28, 96 medullas e -o hyaenarum sumptas (28, 101. 102). 32, 58. VAL. FL. 8, 111 (*Medea ad Iasonem*) adverso gressus ... imprime -o *draconis.* SIL. 4, 599 vis elephantorum turrito concita -o. 4, 618 stat multa in tergo et nigranti lancea -o *elephantorum.* 7, 299 sonipes strato carpebat gramina -o. 7, 699 *Cato* in pugnam -o delatus ab alto *equi.* 9, 239 propugnacula -o belua nigranti gestans (*cf.* CVRT. 4, 2, 20 -o sicut iumenta onera gestare). 10, 275 languentia membra ... -o tuta locabo. 16, 439 pro stimulis -o *equi* quatiuntur inania lora. GAIVS inst. 2, 16 haec animalia collo -ove domari solent (VLP. reg. 19 *bis.* FRG. Vat. 259). APVL. met. 4, 1 rebus ... quibusdam -o meo depromptis. 4, 4 *latrones* -i mei sarcinam duobus ceteris iumentis distributuros. 8, 5 Tlepolemus iaculum ... insuper -um bestiae contorsit. 8, 28 vini cadum et lactem et *alia* ... -o meo congerunt. 9, 10. 39. apol. 30 *instrumenta magorum piscium* -is squalentibus excidenda. TERT. spect. 9 res equestris retro simplex (*sc. erat*): de (*v.* de *supra p. 67, 51*) -o agebatur. pall. 3 *chamaeleonti* capitulum statim a -o. ITALA Ios. 9, 4 (Lugd.) acceperunt saccos veteres in -um asinorum suorum. FIRM. math. 8, 6, 3. AMM. 15, 4, 12 multi cum equis interfecti eorum -bus (*V*, -is *N*[2]) videbantur innexi. 25, 3, 5 suffragines *beluarum* concidebat *armatura* et -a. 27, 10, 15 pandebant *equites* sequentibus poplites et suras et -a. CLAVD. DON. Aen. 10, 750 equi -o deiectus. 11, 640 -o equi ... excussus. 11, 740 -o equi deripi armatum. AVIAN. fab. apol. 35 -o haerentem *natum* salvat *simia* fugiens. DRAC. Romul. 10, 170 pharetris concludit *Amor* -a volantum. CHIRON 711 reticulatim -um urere. *ibid.* malagma caustica in -o ponere oportet.

nota: CHIRON 39 *iumenti inurimus* vesicae puncta recta non plus XXIV alternis -is (*cf. Hippiatr. I 326, 18* παρ' ἑκάτερα τῆς ῥάχεως) digitos tres (465).

b *de natura -i*: GRATT. 526 tenuis -o *canis* curvatur spina. (SEN. nat. 4, 2, 14 *delphini spinas* -o eminentes gerunt PLIN. nat. 8, 91 delphinorum -o ... cultellata inest spina). Ag. 450 pando transilit -o mare Tyrrhenus ... piscis. Oed. 464 -o fluctum curvo subit *delphin factus pirata.* epist. 76, 8 quam fortia -o iumenta sint. CVRT. 4, 4, 3 belua ... super ... fluctus -o eminens (PLIN. nat. 9, 14. 35). COLVM. 6, 1, 3 *parandi sunt boves* -o recto planoque vel etiam subsidente. PLIN. nat. 8, 30 durissimum -o *elephanti* tergus (SOL. 25, 10). 8, 67 *cameli Bactrianae* bina habent tubera in -o (SOL. 49, 9). 8, 95 *hippopotamius* -o equi (*cf.* SOL. 32, 30 equino ... -o). 8, 132 *mures Alpinos* illo tempore detrito esse -o. 8, 179 Syriacis *bubus* ... gibber in -o. 8, 207 saetae in -o *suis* evolsae. 9, 19 delphinis a -o *fistula.* 9, 23 *delphinis* -um repandum. 9, 85 polypis fistula in -o. 9, 102. 155. 182. 11, 93. 124. 214. 231. 32, 13. 39. 56. VAL. FL. 6, 90 ferrataque -o forma suum. SIL. 1, 423 hirto horrescit saetis -o ... aper. 3, 336 *sonipes Asturum* inconcusso glomerat vestigia -o. APVL. met. 6, 28 scabendi -i mei simulatione. NEMES. cyn. 243 illis *equis* ampla satis levi sunt aequora (*v. vol. I 1023, 67*) -o. auc. 12 *avis* persimilis cineri -um. SYMPH. 73. SOL. 32, 26 *delphinum* -a serratas habent cristas. CHIRON 125 qui ostendit furunculos in -u. PELAGON. 168. 171. *al.* VVLG. psalm. 67, 14 posteriora -i eius (*columbae*) in pallore auri. CLAVD. carm. min. 9, 8 parva sub hirsuto catuli vestigia -o *hystricis.* 24, 2 cognatus -o *lucustae* durescit amictus. SIDON. carm. 23, 294 hirtam -a feram.

nota: in siderum figurationibus: VITR. 9, 4, 5 in septentrionali ... circulo duae positae sunt Arctoe scapularum -is inter se compositae. GERM. 88 qua se -o sinuabit ... Anguis. 591 occidit ... -o Piscis. FIRM. math. 8, 4, 4 *partes Cancri* XI. et XII. *sunt* in -o *collocatae* (8, 4, 5. 8. 9. 10). 8, 4, 12 sequentes ... tres *partes* per ordinem eiusdem Piscis -us (-um *AD*[2]) accipiet. AVIEN. Arat. 120 pariter ... in spinam et flammis ardentia -a iacentes *Arctoe.* 148 *altera Arctos* in -um alterius -o iacet. SCHOL. Germ. Bas. p. 64, 9 in -o *Scorpii* III clarae stellae (p. 81, 3. 84, 17. 89, 15. 91, 3. 92, 13).

3 *rerum naturalium*: **a** *montium* (*saepius cum genetivo montis; cum adiectivo montem significante*: STAT. silv. 1, 4, 58 *p. 2040, 15*): CAES. Gall. 7, 44, 3 -um esse eius iugi prope aequum, sed silvestre (sed hunc silvestrem *α*) et angustum (LIV. 41, 18, 9 *Ballistae et Leti iugum* eo⟨s⟩ montes perpetuo -o inter se iungit. 44, 4, 4 iugum montis in angustum -um cuneatum. CVRT. 3, 4, 7 perpetuo iugo montis ... Cilicia includitur; ... per hoc -um, qua maxime introrsus mari cedit, asperi tres aditus et perangusti sunt. 7, 3, 21 inter se iuga velut serie cohaerentia perpetuum habent -um. SIL. 12, 533 fert ... per iuga celsa *Hannibal* gradum ... qua ... surgit suspensa tumenti -o ... Anagnia. AVIEN. ora 526). LIV. 1, 3, 3 *Ascanius* aliam sub Albano monte condidit *urbem,* quae ab situ porrectae in -o urbis Longa Alba appellata. 36, 15, 6 Appennini -o Italia dividitur (LVCAN. 2, 428 SVET. Iul. 44 SOL. 2, 20). CVRT. 3, 4, 12 -um montis imminebat viae (5, 3, 16 *montium* perpetuum -um in Persidem excurrit. 5, 4, 4. 6. 7, 3, 8. STAT. Theb. 3, 460 mons erat audaci seductus in aethera -o. TAC. ann. 4, 47. AVIEN. ora 625 mons -a celsus. SIDON. epist. 4, 21, 5 DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 p. 350[C]). CVRT. 7, 3, 19 *Caucasi montis* -um Asiam perpetuo iugo dividit. MELA 1, 81 qua *Taurus* -um agit. 2, 31 *Athos mons* toto longoque -o procedit in pelagus. STAT. Theb. 4, 654 canumque virescere -o Othryn. silv. 1, 4, 58 Alpini ... culmina -i (PANEG. 12 [2], 45, 4 Alpium). IVST. 44, 1, 8 Pyrenaei montis. AVIEN. Arat. 888 celso Pelion assurgit -o.

b *variarum rerum (maxime terrestrium)*: *cum adiectivo*: SIL. 7, 692 *infra l. 30.* VERG. georg. 3, 436 -o nemoris ... iacuisse per herbas (HOR. sat. 2, 6, 91 praerupti nemoris). Aen. 1, 110 saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, Aras, -um immane mari summo (*cf.* GLOSS. IV 439, 21 -um immane saxa sunt inter Africam et Siciliam, quae est Sardinia). 8, 234 *silex* speluncae -o insurgens (VAL. FL. 4, 178 spelunca ... -o contecta minanti). 10, 302 *puppis* inflicta vadi -o dum pendet iniquo (*cf.* SERV. *l. 44.* CLAVD. DON. -um dixit locum editum). COLVM. 11, 3, 21 per summam partem eius (*horti*), id est in -o. 11, 3, 44 in summo porcae -o. MELA 1, 49 donec *Aegyptus* Aethiopiam -o contingat. PETRON. 89, 30 qua Tenedos mare -o replevit. VAL. FL. 2, 631 longo ... per aequora -o litus agit *terra.* PLIN. nat. 4, 84 Buces a Coreto Maeoti lacus sinu petroso discluditur -o. SIL. 7, 692 peperere decus *Catonis* Circaeo Tuscula -o moenia. 12, 372 *Sardinia* saxoso torrida -o. 14, 77 qua ... frons tertia *Siciliae* ... vergit in Italiam prolato ad litora -o. 14, 591 squalebat tellus *Cyane* vitiato fervida -o (*cf.* MAR. VICTOR aleth. 2, 112 *Adam et Eva* remoti telluris -o). STAT. silv. 2, 2, 31 longoque domat saxa aspera -o *porticus.* 4, 3, 44 replere fossas et summo gremium parare -o. Ach. 1, 448 rupibus expositis longique crepidine -i Euboicum scandens Aulis mare. PLIN. epist. 6, 31, 17 *saxis mari congestis* eminet iam et apparet saxeum -um inpactosque fluctus in immensum elidit et tollit. 9, 7, 4 *villa* editissimo -o duos *sinus* dirimit. ITALA Ios. 15, 8 (Lugd.) ascendit *Iesu* finis in valle Enom a super -um (ἐπὶ νώτου) Iebus ab Africo (18, 16 in -um Iebus; *gr.* ἐπὶ νῶτον). AVIEN. ora 471 inde ... Baliari[car]um ⟨ac⟩ late insularum -a sunt. orb. terr. 111 -o consurgit Hiberica Calpe. AVSON. Mos. 164 *coloni* vertice nunc summo properant nunc deiuge -o. SERV. Aen. 10, 303 -um est durior harena, quae remeantibus fluctibus et euntibus densetur et in modum saxi durescit. CLAVD. carm. min. 26, 54 fluvius ... campi -a recurva petit (CASSIOD. var. 4, 50, 5). PAVL. NOL. carm. 28, 273 ut nitido purgata patesceret area -o. OROS. hist. 1, 2, 58 *Achaia* ab aquilone *habet* angustum terrae -um (PAVL. PETR. Mart. 5, 339 ENNOD. epist. 1, 6, 3 dict. 9, 10). PAVL. PETR. Mart. 4, 161 viae. 4, 541 pratorum (4, 544).

materiae: MORET. 40 transfert ... in cribra farinas et quatit: ac remanent summo purgamina -o.

c *aquarum*: *cum adiectivo*: SIL. 11, 448 *infra l. 57.* VEN. FORT. carm. 7, 25, 3 Garonnica. SALL. hist. frg. inc. 11 -o fluctus trieris adaequata. STAT. Theb. 5, 369 aequor ... arquato iamiam prope sidera -o frangitur (RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 8 p. 175. *cf.* SIL. 11, 448 *chelys* aequoreo portavit Ariona -o). MIN. FEL. 3, 6 ut illud iaculum vel -um maris raderet (PANEG. 5 [8], 15, 1 CHALC. comm. 62 PS. AMBR. serm. 55, 7 DIONYS. EXIG. Procl. or. 2). ANTH. 718, 18 (*ad Oceanum*) tende favens glaucum per levia -a profundum. AVIEN. orb. terr. 68 Erythraei ... profundi. AMBR. hex. 3, 2, 8 cum sit altitudo *aquae* diversa, indiscreta tamen -i eius aequalitas (5, 1, 4 ISID. nat. 41, 2). OROS. hist. 4 praef. 7 nocturno gelu lacunarum -a obriguisse. SIDON. carm. 22, 108 Garunna suos in -a recolligit aestus (VEN. FORT. carm. 7, 25, 3). CASSIOD. in psalm. 76, 19 pelagi. var. 8, 10, 6 fluminis.

d *frugum, foliorum*: PLIN. nat. 13, 32 *lignum pomi palmarum* est ... caesum a -o pulvinata fissura. 25, 48 *folia hellebori* canalium -o rubescentia. 27, 71 dipsacos folia habet ... bullas ... spinosas in -i medio. 27, 105 myosota sive myosotis ... foliis ... oblongis -o acuto.

e *caeli*: APVL. mund. 2 *stellae* simplex aetheris -um ... coronant. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 5, 4 illius (*caeli*) superioris, quod principaliter caelum dicitur, inferius sŏlum ... et, ut ita dicam, -um ipsum firmamenti huius, merito ... terra illius caeli esse dicitur.

4 *rerum manu factarum* (*cf. p. 2041, 3 sq. 13. 15*): VERG. georg. 1, 172 *aratro* duplici aptantur dentalia -o. SIL. 13, 110 armato surgebat vinea -o. STAT. silv. 4, 3, 96 (*de ponte*) se levarat ingenti plaga marmorata -o. AVELL. p. 47, 8 *iter vetus* basilicae praeterit -um. SIDON. epist. 2, 2, 5 cum ab angulis *tecti* quadrifariam concurrentia -a cristarum tegulis interiacentibus imbricarentur. *nota per imaginem*: CASSIOD. in psalm. 124 praef. sic ... calcamus -a graduum (*sc. virtutum*), ut inaequalem non patiamur ascensum.

II *posterioribus temporibus in locum vocis q. e.* tergum *ita substituitur, ut accipiat notionem* **regionis vel lateris** *ad posterio-*

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rem partem animantium vel rerum spectantis (*opp. saepius* facies): **1 a -o** (*cf.* CHAR. gramm. 437, 31 B. a tergo, a -o. AVG. quaest. hept. 2, 177, 13 p. 220 [*ad* exod. 38, 12] ʽquod est a -oʼ. -um appellat, quia posteriora tabernaculi erant, idest a parte occidentis): VOPISC. Aurelian. 18, 3 dum is (*Aurelianus*) a fronte non curat *Marcomannos* ... dumque illos a -o persequi paret. HIL. in psalm. 128, 6 mos ... est eorum, ... ut victorem exercitum ... a tergo adeant et a -o. CLAVD. DON. Aen. 1, 115 quod a -o fuerat, caveri non potuit. 8, 240 fuit a -o speluncae ... silex. *cf. p. 2037, 68. 81. 2038, 2. 53. 2039, 32.* **2 in -o:** FIRM. math. 7, 25, 14 si luna et sol et horoscopus in Capricorno vel in Ariete vel in Tauro vel in Leone fuerint, ita ut in facie eorundem signorum sint aut in -o. **3 ad -um:** VVLG. Ezech. 41, 15 mensus est longitudinem aedificii contra faciem eius, quod erat separatum ad -um. **4 post -o** (*cf. p. 2038, 30. 43. 45*): INSCR. ephem. epigr. IX 695 (*Tusculi, ad Corp. XIV*) cum loco, qui est post -o memoriae (*i. sepulcri*; *cf. antea*: memoriam vivus mihi ... feci).

epitheta: *ad I A 1*: durum: *p. 2038, 37.* incurvum: *p. 2038, 5. 27.* latum: *p. 2038, 4. 6.* plagosum: *p. 2037, 51.* solidum: *p. 2038, 5.*

adduntur vel opponuntur saepe aliae corporis partes. opponitur facies *ad I A 2*: ITALA Ier. 2, 27 (Cypr. testim. 3, 59). COMM. instr. 1, 24, 9 VVLG. II par. 29, 6 Ier. 18, 17 *al., v. p. 2038, 15.* *ad II*: FIRM. math. 7, 25, 14 *v. supra l. 11.* VVLG. Ezech. 41, 15 *v. supra l. 13.*

derivata: dorsalis, dorsana (?), dorsorius (?), dorsualis, dorsuarius (dossuarius), dorsuosus.

dorsuōsus, -a, -um [*a* dorsum. *Th.*]. *i. q. dorsis exsurgens*: SOL. 27, 3 *salum inter duas Syrtes* incertis motibus nunc in brevia residit (rescidit *complures codd.*) -a, nunc inundatur aestibus inquietis (AMM. 22, 8, 46 *Pontus* consurgit in brevia -a [torsu- *V*]).

dorsus *v.* dorsum.

dorycnion (-um), -ii *n.* δορύκνιον (*cf.* PLIN. nat. 21, 179 hoc est venenum, quod ... auctores ... -on appellavere ab eo quod cuspides in proeliis tinguerentur illo passim nascente). *herba venenata noxia* (*fort. i. q.* ʽ*convolvulacea dorycnium*ʼ *L.*): *form.* dorigen-: *al. v. infra l. 41 sqq.* PLIN. nat. 1, 21, 52 *inter sponte nascentes herbas* trychnum sive strychnum sive halicacabum sive callias sive -on sive manicon sive periton sive neuras sive morio sive moly. PS. APVL. herb. 22 l. 7 H.-S. a Graecis *herba Apollinaris* dicitur Dircaeon, alii ... doricnion (dorignion, dorigenon, dorigenio, dorigerion *codd.*, δορύκνιον *Diosc. II 231, 13*), alii caccabon, Itali Apollinaris. *ibid.* 75 addit. ad l. 16/17 H.-S. (*inter nomina* ʽ*herbae solatae*ʼ) dorigenion. DIOSC. 4, 70 de dorignion. -on que Cratebras alicaccabo aut calida dixerunt. frutex est similis olive minori *eqs.* (*gr. 4, 74* δορύκνιον, ὃ Κρατεύας ἁλικάκκαβον ἢ καλλέαν καλεῖ *eqs.*). *cf.* GLOSS. III 545, 25 dorignius uva canina. 560, 28 darigium i. strignos. SCRIB. LARG. 191 -on gustum quidem habet lactis, potum vero singultus crebros facit et vomitus frequenter concitat. PLIN. nat. 23, 30 *mustum* contra buprestim valet, contra meconium, lactis coagulationem, cicutam, toxica, -um. 28, 74 *lac* valet potum contra venena, quae data sint e ... -o (doryena *codd.*). 28, 129. 28, 158 asinino lacte poto venena restinguntur, peculiariter si hyoscyamum potum sit aut ... aut -um. 32, 58 *bis.* 97. DIOSC. 4, 138. *Bannier.*

dorypetron. *nomen herbae* (*genus papaveris, cf. Berendes, Dioskurides übers., Stuttg. 1902, p. 329*): PLIN. nat. 26, 52 leontopodion ..., alii -n (doripetron *cod. det.*; *fort. cf. c. Diosc. Vind. 3, 96* δωρικτερίς, *cf. Wellm. ad l.*) alii thorybethron (1, 26, 34 -n [doripetron *pars codd.*; doribethron *codd. det.*] sive thorybethron). *Brandt.*

doryphoros (-us), -ī *m.* δορυφόρος. *nom. pl.* -oe *v. infra l. 69.* [*inc.*: CORP. XIV 4308 (*in lapide fracto*) . . d⟩oryph⟨or . . . ⟩. ʽ*videtur cognomen esse, nisi forte* doryphori *habendi sunt pro sodalicio sacro* (*cf.* hastiferi, dendrophori)ʼ. *editor ad l.*] **1** *statuarum nomen celeberrimarum*: CIC. orat. 5 *nec opifices* simulacro Iovis Olympii aut -i statua (-ae *L*, *corr.* ς) deterriti. Brut. 296 Polycliti -um sibi Lysippus aiebat *magistrum fuisse.* SEN. epist. 65, 5 neque enim statua ista -os aut diadumenos vocaretur, nisi haec illi esset impressa facies. PLIN. nat. 34, 55 Polyclitus Sicyonius ... diadumenum fecit molliter iuvenem ... idem et -um viriliter puerum. 34, 75 Ctesilaus (Cresilas?) -on *fecit.* 34, 87 habet gratiam huius (*Aristodemi*) ... -us. QVINT. inst. 5, 12, 21. **2** *agminis nomen apud Persas*: CVRT. 3, 3, 15 -oe vocabantur proximum his agmen. **3** *de -is inter imperatorum vel ducum comites v. Grosse, Röm. Militärgesch. p. 288—290 et 318 (absunt a litteris latinis).* *cf. Onom.*

dorx *v.* dorcas *p. 2025, 61.* *Bannier.*

ˣ**dōs**, -tis *f.* [*aequandum aut cum gr.* δώς *aut c. med.* dāitiš „*datio*", *lituan.* dūtis „*donum*", *cf. c.* dare, donum. *Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 5, 175 haec (*sc.* -s) graece ʽdotineʼ: ita enim hoc Siculi; ab eodem donum: nam graece ut †issedonion (⟨H⟩esiodion δῶς? *Goetz, cf. adn. crit.*) et ut alii ʽdomaʼ et ut Attici ʽdosinʼ. PAVL. FEST. Gloss.[L] IV p. 179ª (p. 69 M.) -em manifestum est ex graeco esse; nam διδόναι dicitur apud eos dare. ISID. orig. 5, 24, 25 dictam ... dicunt ... -em quasi do item. *de forma et genere*: PRISC. gramm. II 134, 16. 253, 16. GRAMM. suppl. 117, 33. *de prosodia*: PRISC. gramm. III 521, 8 *syllaba* naturaliter producta ... ut ... -s. *gen pl.*: -um: VAL. MAX. 4, 4, 11 TERT. cult. fem. 2, 9. -ium: POMPON. dig. 24, 3, 1 VLP. dig. 23, 3, 9, 1 PAVL. dig. 23, 3, 25 DIG. 23, 3 rubr. COD. Iust. 4, 29, 25, 1. 5, 12 rubr. 5, 20 rubr. *acc. pl.*: -es *passim, e. g.* LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 49. -īs *traditur*: AFRAN. com. 157 CIC. leg. 2, 41 *AH*. VAL. MAX. 2, 6, 15 (?, *cf. l. 55*). *de notione*: GLOSS. φερνή. προίξ. uuituma (*anglosax.*). *legitur inde a* PLAVTO. [*in loco corrupto*: VERG. catal. 13, 31 aestuantes -e (*HA*, docte *BR*, nocte *Scaliger*) solvis pantices.]

CAPVT PRIMVM: *de vi ac significatione:*

I *sensu iuridicali*: *res sive pecunia propter nuptias marito vel ab uxoris patre pro filia vel ab ipsa uxore vel a quolibet alio datae*:

A *loci selecti de ratione -is nuptiarum causa datae*: **1** *generatim*: PLAVT. Trin. 691 me ... sororem in concubinatum tibi, si sine -e ⟨dem⟩, dedisse magis quam in matrimonium. VARRO ling. 5, 175 eadem pecunia vocabulum mutat: nam potest idem dici -s, arrabo, merces, corollarium. -s, si nuptiarum causa data (*quae sequ. v. p. 2041, 76*). CIC. top. 23 cum mulier viro in manum convenit, omnia, quae mulieris fuerunt, viri fiunt -is nomine (*cf. p. 2043, 31*). VLP. dig. 23, 3, 3 -is appellatio non refertur ad ea matrimonia, quae consistere non possunt: neque enim -s sine matrimonio esse potest. ubicumque igitur matrimonii nomen non est, nec -s est (*cf.* IVLIAN. dig. 12, 4, 7, 1 fundus -is nomine [*cf. p. 2043, 31 et Vocab. iurispr. Rom. s. v. p. 395, 48*] traditus [mancipatus *scripsisse videtur* IVLIAN.], si nuptiae insecutae non fuerint, condictione repeti potest. *al.*). PAVL. sent. 2, 21ᴮ, 1 -s aut antecedit aut sequitur matrimonium et ideo vel ante nuptias vel post nuptias dari potest; sed ante nuptias data earum expectat adventum. EVGRAPH. Ter. Andr. 948[rec. α] antiquitus -s dabatur a patre puellae. est autem -s, quo se coniuges coemunt more antiquo. COD. Iust. 5, 3, 20, 2 (*a. 531—533*) -s propter nuptias fit, et sine nuptiis quidem nulla -s intellegitur, sine -e autem nuptiae possunt celebrari. *per imaginem* (*spectatur -s uxori constituta*): TERT. resurr. 12 p. 40, 28 dies moritur in noctem ... ita lux amissa lugetur (*ut uxor mortua*). et tamen *lux* rursus cum suo cultu (*sc. muliebri*), cum -e, cum sole ... revivescit ... heres sibimet existens (*interpr. Ed. Fraenkel in plagulis*; cum -e *corruptum censuit Kroym. perperam*).

2 *specialim*: **a** -s *in stupro per imitationem nuptiarum data*: IVV. 2, 117 quadringenta dedit Gracchus sestertia -em cornicini. TAC. ann. 15, 37 (*de Neronis nuptiis cum Pythagora*) -s et genialis torus et faces nuptiales, cuncta denique spectata, quae etiam in femina nox operit (SVLP. SEV. chron. 2, 28, 2). SVET. Nero 28, 1 puerum Sporum exsectis testibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus cum -e et flammeo per sollemni⟨a⟩ nuptiarum ... deductum ad se pro uxore habuit.

b *per iocum -s fere i. q. quaestus meretricius*: APVL. apol. 75 tantum ... ad eum ... pervenit, praeter quod ei uxor sua cotidianis -ibus quaesivit.

c *-es apud gentes externas datae*: *Gallos*: CAES. Gall. 6, 19, 1 viri, quantas pecunias ab uxoribus -is nomine acceperunt, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum -ibus communicant (*cf. Meusel ad l.*). *Germanos*: TAC. Germ. 18 -em non uxor marito, sed uxori maritus offert. *Saracenos*: AMM. 14, 4, 4 -is nomine futura coniunx hastam et tabernaculum offert marito. *Siccenses*: VAL. MAX. 2, 6, 15 Siccae ... fanum est Veneris, in quod se matronae conferebant atque inde procedentes ad quaestum -is (*sic L A* [*gen. an acc.?*], -es *Γ*, -em NEPOTIAN.; *post* quaestum *interpungendum putat Kempf*) corporis iniuria contrahebant, honesta nimirum tam inhonesto vinculo coniugia iuncturae. *Thraces*: SOL. 10, 4 quas formae premit dedecus, -ibus emunt, quibus coniungantur.

3 *de generibus -ium*: VLP. reg. 6, 3 -s aut profecticia dicitur, id est quam pater mulieris dedit (dig. 23, 3, 5 pr.) aut adventicia, id est ea quae a quovis alio data est. *cf.* GLOSS. II 394, 22 adventicia -s παραγινομένη ἤτοι διδομένη παρὰ ἐξωτικοῦ προίξ. II 236, 30 profecticia -s ἀποδημητικὴ προίξ, τοῦτ᾽ ἔστιν ἡ παρὰ τοῦ πατρὸς διδομένη. *de -e* adventicia *v. etiam V. i. R. 1, 272, 14 sq.*, *praeterea* COD. Iust. 6, 20, 4 (*a. 239*). SCHOL. Sin. 26. COD. Iust. 5, 13, 1, 1 b (*a. 530*); *hanc notionem ab aetate classicorum qui vocantur auctorum alienam esse putat Albertario, Rend. Ist. Lomb. vol. 64, 1931, fasc. 6—10, sed cf. etiam* SEN. benef. 4, 22, 4 *p. 2048, 30.* *de -e* profecticia: PAPIN. dig. 23, 3, 81 VLP. reg. 6, 6 dig. 23, 3, 5 *saepius.* COD. Iust. 5, 12, 6 (*a. 236*). 6, 20, 4 (*a. 239*). 5, 14, 6 (*a. 293*). VLP. reg. 6, 5 si is, qui dedit, ut sibi redderetur, stipulatus fuerit ... -s specialiter recepticia dicitur (GAIVS dig. 39, 6, 31, 2). *de -e* inofficiosa: COD. Theod. 2, 21 rubr. COD. Iust. 3, 30 rubr.

4 *discernenda*: **a** *res extra -em datae* (peculium *sive* παράφερνα *quae vocantur*): PAPIN. dig. 39, 5, 31, 1 (frg. Vat. 254) species extra -em a matre filiae nomine viro traditas filiae ... donatas ... videri respondi nec matrem ... eas recte vindicare, quod vir cavisset extra -em usibus puellae sibi traditas, cum ea significatione ... peculium a -e puellae distingueretur. *cf.* VLP. dig. 23, 3, 9, 3. *discernendum*: LIV. 26, 50, 12 super -em ..., quam accepturus a socero es, haec tibi a me dotalia dona accedent.

[Wolff]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

metaphorice: CIC. Phil. 11, 12 his (*sc. veteranis*) quasi praeter -em, quam in civilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius.

b *ante sive propter nuptias donatio, quae secundum ius temporis recentioris uxori a marito vel a patre eius pro filio constituebatur*: *cf.* COD. Iust. 5, 3, 20, 2 (*a. 531—533*) sicut . . . -s propter nuptias fit . . . ita et in donationibus, quas mariti faciunt vel pro his alii, debet esse aperta licentia et constante matrimonio talem donationem facere, quae quasi antipherna possit intellegi. *sic saepissime distinguitur, velut* COD. Iust. 3, 28, 29 pr. (*a. 479*) quoniam novella constitutio divi Leonis (*sc.* COD. Iust. 6, 20, 17) ante nuptias donationem a filio conferri ad similitudinem -is, quae a filia confertur, praecepit *eqs.* 1, 3, 54 (56), 4. 1, 4, 28. 1, 5, 19, 3 et -es pro filiabus . . . dare et ante nuptias donationes pro filiis . . . perscribere. NOVELL. Theod. 14, 3 (COD. Iust. 5, 9, 5, 1, *a. 439*) licet res ante nuptias donatae, ut adsolet fieri, in -em a muliere redigantur. *inde*: *ibid.* 4 si culpa mulieris repudio matrimonium fuerit dissolutum, maritus totam donationem, non partes ut in altera -e retinebit. ISID. orig. 5, 24, 25 praecedente . . . in nuptiis donatione -s sequitur (*ibid.* 26). *apud scriptores recentiores non iuridicos saepe confunduntur* -s *et* donatio ante nuptias, *cf. infra p. 2044, 45 sqq.* HIST. Apoll. AB 1. 19 A 21 (*cf. etiam Du Cange s. v.* dos 2), *praeterea v. p. 2044, 19 sqq.* TAC. Germ. 18 (*p. 2042, 52*).

B *de rebus, quae in -em dantur*:

1 *sensu stricto: omnes res, quae in commercio sunt* (*exempla e permultis dedi paucissima*): PLAVT. Cist. 562 talenta magna viginti. Trin. 1158 mille auri Philippum. TER. Andr. 950 (*v. p. 2045, 10*). VARRO ling. 5, 175 pecunia. LABEO dig. 33, 4, 6 pr. quadraginta. IVLIAN. dig. 23, 4, 21 mancipia. CELS. dig. 23, 3, 58, 1 mulier . . . Titio . . . nuptura, quod is sibi debebat, -i habere permisit. AFRIC. dig. 23, 3, 50 pr. fundus. PAPYR. Mich. 4703, 7 (*nondum edit.*) -is suae nomine (*cf. p. 2042, 23*) dixit deditque in aestimio vestis et in numerato praesens . . . . . . s . . . . sestertios. *notanda de quantitate -is e more antiquo data*: VAL. MAX. 4, 4, 10 -is *Scipionis filiae a senatu constitutae* modus XL milia aeris fuit, quo . . . habitus veterum patrimoniorum cognosci potest: namque adeo fuerunt arta *patrimonia*, ut Tuccia . . . maximam -em ad virum X aeris attulisse visa sit, et Megullia, quia cum quinquaginta milibus aeris mariti domum intravit, Dotatae cognomen invenerit. SEN. nat. 1, 17, 8 pluris unum *speculum* . . . feminae constitit, quam antiquarum -s fuit. *ibid.* 9 iam libertinorum virgunculis in unum speculum non sufficit illa -s, quam dedit *senatus Scipionis filiis*. rem. fort. 16, 6 duc bene institutam . . non cuius minus sit in -e quam in veste.

2 *sensu minus stricto: aliae res nuptiarum occasione vel datae vel promissae vel postulatae, sed vera -e subintellecta* (*potissimum apud poetas; cf. p. 2044, 5 sqq.*). PLAVT. Persa 394 (*per iocum*) dabuntur -is tibi . . . sescenti logi. VARRO Men. 38 -is dato insulam Chrysam, agrum Caecubum, seplasia Capuae, macellum Romuli. PROP. 3, 19, 23 (*de Scylla patris comam tondente*) hanc . . . -em virgo desponderat hosti. 4, 4, 56 *Tarpeia ad Tatium*: -s tibi non humilis prodita Roma venit. OV. epist. 6, 117 -s tibi Lemnos erit. 7, 149 hos . . . populos in -em . . . accipe. 12, 199 *sqq.* (*Medea*:) -s ubi sit, quaeris? . . . aureus ille aries . . . -s mea, quam dicam si tibi 'redde', neges; -s mea, tu sospes, -s est mea Graia iuventus. fast. 5, 319 *sq.* saepe mihi (*Florae*) Zephyrus '-es corrumpere noli ipsa tuas' dixit: -s mihi vilis erat (-es *intelleguntur flores horti dotalis, cf. 5, 209*). 6, 594 Tullia . . . his solita est dictis extimulare virum: . . . et caput et regnum facio dotale parentis! si vir es, i, dictas exige -is opes! met. 14, 298 thalamoque *Circes* receptus *Vlixes* coniugii -em sociorum corpora poscit. CVRT. 4, 5, 1 -em offerre *Dareum Alexandro* omnem regionem inter Hellespontum et Halyn amnem sitam (4, 5, 7. 4, 11, 5. 19). VAL. FL. 8, 337 transferet . . . meas (*Styri*) in quae volet oppida -es Colchis. ITALA Ios. 16, 10 (Lugd.) dedit illam *terram* Pharao in -em (ἐν φερνῇ, *om.* VVLG.) filiae suae. CAPITOL. Aur. 19, 8 'si uxorem dimittimus, reddamus et -em'. -s autem quid habebatur nisi imperium, quod ille . . . acceperat. IVST. 38, 5, 3 gentem, quam . . . Mithridati Seleucus Callinicus in -em dedisset. CLAVD. DON. Aen. 4, 104 Tyrii . . . tradantur in -em. VVLG. III reg. 9, 16 Pharao . . . cepit Gazer . . . et dedit eam in -em filiae suae. CLAVD. 30, 180 Stilicho . . . regni -es virtute paravit. GREG. M. moral. 6, 30 Saul . . . in *filiae* -em centum dari ab eo (*David*) Philistinorum praeputia petiit (*cf.* VVLG. I reg. 18, 25 sponsalia).

3 *metaphorice, subintellegendum „quasi"*: a *spectatur verum matrimonium (verae nuptiae)*: *de virtutibus mulierum aliisque rebus pretium earum augentibus*: PLAVT. Amph. 839 non ego illam mihi -em duco esse, quae -s dicitur, sed pudicitiam (PS. SEN. mon. 105 optima -s est uxoris pudicitia. *aliter*: PLAVT. Aul. 493 mores meliores sibi parent, pro -e quos ferant, quam nunc ferunt). TER. Ad. 345 tum . . . quae secunda ei -s erat, periit: pro virgine dari nuptum non potest. AFRAN. com. 156 formosa virgo est: -is dimidium vocant, qui -īs neglegunt uxorias. HOR. carm. 3, 24, 21 -s est magna parentium virtus et metuens alterius viri castitas. IVV. 6, 169 malo Venustinam quam te, Cornelia, mater Gracchorum, si . . . numeras in -e triumphos. APVL. apol. 92 quodcumque aliud in -em acceperis, potes . . . retribuere . . .: sola virginitas . . . reddi nequitur (SCHOL. Bemb. Ter. Ad. 729 secunda -s est virginitas). TERT. uxor. 2, 8 p. 696, 2[Oehl.] *de Christiana pauperi viro nubente*: maiore -e dotabitur de bonis eius, qui in deo dives est. AVSON. 309, 4 quae -s matronis pulcherrima? vita pudica. μετ' εἰρωνείας: PROP. 4, 4, 92 (*Tatius ad Tarpeiam armis obrutam; cf. p. 2043, 50*) haec, virgo, officiis -s erat apta tuis. OV. ars 2, 155 -s est uxoria lites. epist. 5, 92 Tyndaris infestis fugitiva reposcitur armis: hac venit in thalamos -e superba tuos. 11, 100 satelles . . . edidit ore sonos: 'Aeolus hunc ensem mittit tibi' (tradidit ensem) . . . his mea muneribus, genitor, conubia donas? hac tua -e, pater, filia dives erit! met. 5, 15 (*Cepheus ad Phineum fratrem Persei nuptialia festa turbantem*) hac vitam servatae -e rependis? SEN. Med. 489 tibi patria cessit, tibi pater, frater, pudor: hac -e nupsi. redde fugienti sua. CLAVD. DON. Aen. 7, 318 effusio sanguinis partium ipsa sit, virgo, -s tua . . . -s tua . . . constituitur in partium caede. DRAC. Rom. 8, 469 (*vaticinium Paridi datum*) Martius accipiter -em fera bella minatur. 8, 652 sanguine Troiano dabitur -s.

usu minus accurato de commodis mulieri a viro paratis (*cf. infra l. 45 sqq.*): OV. am. 1, 10, 60 quod quis habet, dominae conferat omne suae! est quoque carminibus meritas celebrare puellas: -s mea! quam volui, nota fit arte mea. 3, 8, 2 quisquam . . . tenerum -es carmen habere putat? . . . quo licuit libris, non licet ire mihi, *sc. ad dominam.* MANIL. 5, 616 puellam (*Andromedam*) desponsam pugna, nupturam -e mariti (*cf. commentatores ad l., a quorum parte perperam distinguitur ante* pugna). LACT. inst. 1, 20, 8 *Chloridem* Zephyro nuptam quasi -is loco id accepisse muneris a marito, ut habeat florum omnium potestatem.

b *spectatur similitudo matrimonii* (*nuptiarum*): LIV. 35, 42, 9 gloriam belli, qua velut -e Hannibal concilietur, nimiam esse. VELL. 2, 67, 3 nequid ulli sanctum relinqueretur, ut (vel *AP*) in -em invitamentumque sceleris Antonius L. Caesarem . . . Lepidus Paulum . . . proscripserant. APVL. met. 7, 8 istam sportulam, immo vero -em collegio vestro libens meque vobis ducem fidissimum . . . affero. *audacissime*: MANIL. 5, 681 turba (*thynnorum captorum*) . . . umoris . . . vomit (*Bentl.*, volet *codd.*) socia⟨m⟩ per mutua -e⟨m⟩. *similiter, sed interpretatione dubia*: PLAVT. Rud. 1243 mihi istaec videtur praeda praedatum irier, ut cum maiore -e abeat quam advenerit *sc. in domum, velut uxor, ut videtur* (*cf. Marx ad l.*).

c *speciatim apud ecclesiasticos*: α *de virginibus ecclesiae consecratis*: TERT. uxor. 1, 4 p. 674, 18[Oe.] malunt . . . deo nubere . . . orationes suas velut -es domino assignant. PS. AMBR. laps. virg. 5, 20 in illo die consecrationis tuae . . ., ubi omnis populus -em tuam subscribens . . . clamavit 'amen'.

β *de -ibus animae vel ecclesiae, quae sponsa dei sive Christi putatur, constitutis* (*minus accurate adhibetur pro muneribus a marito uxori additis, cf. supra l. 19*): (I) *de anima*: TERT. resurr. 63 p. 124, 6 si animam quis contenderit sponsam, vel -is nomine sequetur (*sc. in resurrectione*) animam caro. test. anim. 4 p. 138, 20 opinio Christiana . . . quae tibi (*animae*) etiam -em corporis reddit. adv. Marc. 1, 10 p. 303, 14 animae enim a primordio conscientia dei -s est. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91, 8 B. introducamus animam, cuius omne studium sit . . . velut sponsi coelestis thalamos intrare, cuique animae praesentia etiam ipsius munera data sunt, -is scilicet nomine. (II) *de ecclesia*: OPTAT. 1, 10 p. 11, 7 dixisti apud haereticos -es ecclesiae esse non posse . . . scimus enim haereticorum ecclesias . . . sine iure honesti matrimonii esse; quas . . . recusat Christus, qui est sponsus unius ecclesiae. 2, 2 p. 36, 6 videndum, ubi sint quinque -es, quas tu (*Parmenianus*) sex esse dixisti, inter quas cathedra est prima, ubi nisi sederit episcopus, coniungi altera -s non potest, qui est angelus. 2, 9 p. 45, 20 huius sanctae ecclesiae est constituta persona . . . cuius membra et nos inter alios sumus, cuius -es apud illam ubique sunt. *et saepe in libro secundo; praeterea cf.* 3, 1 p. 67, 3 *et* 5, 3 p. 126, 6. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 89, 14 B. introducitur . . . sponsa quaedam, quae susceperit quaedam sponsaliorum et -is titulo dignissima munera ab sponso nobilissimo. p. 90, 7 B. ecclesia . . . dicat: . . . repleta sum muneribus, quae sponsaliorum vel -is titulo ante nuptias sumpsi. p. 91, 9 B. ecclesiae -s fuit legis et prophetarum volumina. *ibid. saepe.* PS. AVG. symb. 4, 13, 13 ecclesia sponsa Christi est . . . totum possidet, quod a viro suo accepit in -em. serm. 11, 30 dominus noster . . . sibi ecclesiam sociavit . . . daturus -em postmodum sui regni.

C *de iure ac condicione -is, passim apud Ictos* (*cf. Jörs, Gesch. u. Syst. d. röm. Pr.-R. p. 201 sqq.*).

1 -s *in titulis librorum*: GELL. 4, 3, 2 *et* 4, 4, 1 Servius Sulpicius in libro, quem composuit (scripsit) de -ibus (NERAT. dig. 12, 4, 8). 10, 23, 4 M. Catonis oratio quae inscribitur de -e. SCHOL. Sin. 8 (*in loco lacunoso*) ἔστιν de -e ῆ ς' καὶ ζ'. VLP. reg. 6 rubr. de -ibus (PAVL. sent. 2, 21[B] rubr. COD. Theod. 3, 13 rubr.). FRG. Vat. rubr. *ante* 94 de re uxoria ac -ibus. BOETH. in top. Cic. 2 (4, 19) p. 303, 20 Paulus institutionum libri secundi titulo de -ibus. COD. Iust. 5, 12 rubr. de iure -ium (DIG. 23, 3 rubr.). MOD. dig. 23, 3, 13 inscr. de differentia -is liber singularis.

2 *praecipue notanda*: a *de modis constituendae -is*:

[Wolff]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VLP. reg. 6, 1 -s aut datur aut dicitur aut promittitur. 6, 2 -em dicere potest mulier, quae nuptura est, et debitor mulieris, si iussu eius dicat; item parens mulieris virilis sexus per virilem sexum cognatione iunctus; ... dare, promittere -em omnes possunt. *cf.* PAVL. dig. 23, 3, 41 pr. promittendo -em omnes obligantur, cuiuscumque sexus condicionisque sint. frg. Vat. 99 filiam familias ex -is dictione obligari non posse. 100 mater pro filia partem -is dedit, partem dixit ... eam quae dicta est, a matre peti non posse. *-s promittitur forma stipulationis; de forma dictionis cf.* TER. Andr. 950 -s, Pamphile, est decem talenta. PROC. dig. 50, 16, 125 -i tibi erunt centum. *cf. Berger, Anzeiger der Ak. der Wiss. in Krakau, hist.-phil. Kl., 1909 p. 75 sqq.*

b *de iure, quod vir et uxor et pater eius in -e habent:* TRYPH. dig. 23, 3, 75 quamvis in bonis mariti -s sit, mulieris tamen est (BOETH. in top. Cic. 6 [17, 66] p. 378, 27 -s ... licet matrimonio constante in bonis viri sit, est tamen in uxoris iure et post divortium velut res uxoria peti potest, *ex Paulo vel Vlpiano ut videtur*). *de iure Iustinianeo cf.* COD. Iust. 5, 12, 30 pr. cum eaedem res *dotales* et ab initio uxoris fuerant et naturaliter in eius permanserunt dominio. *inde loci ut videtur interpolati:* VLP. dig. 4, 4, 3, 5 -s ipsius filiae proprium patrimonium est. 11, 7, 16 mulieris quasi de patrimoniis suis ita de -ibus funerari. VLP. reg. 6, 6 divortio facto, si quidem sui iuris sit mulier, ipsa habet rei uxoriae actionem, id est -is repetitionem (*sed cf. F. Schulz ad l., ed. 1926*). quod si in potestate patris sit, pater adiuncta filiae persona habet actionem rei uxoriae: nec interest adventicia sit -s an profecticia. 6, 4 mortua in matrimonio muliere -s a patre profecta ad patrem revertitur ... quod si pater non sit, apud maritum remanet. 6, 5 adventicia ... -s semper penes maritum remanet, *sc. excepta -e recepticia.* *cf. apud scriptores non iuridicos (loci selecti):* PLAVT. Stich. 204 uxorin sit reddenda -s divortio. Trin. 778 se ... aurum ferre virgini -em a patre dicat patremque id iussisse aurum tibi dare ... tum tu igitur demum adulescenti aurum dabis, ubi erit locata virgo in matrimonium. CIC. Caec. 11 cum uteretur uxoris -e numerata, quo mulieri res esset cautior, curavit, ut in eo fundo -s conlocaretur. ad Att. 14, 13, 5 Quintus ... satis torquetur debitione -is. LIV. 27, 37, 9 *matronae* inter se quinque et viginti delegerunt, ad quas ex -ibus stipem conferrent. SEN. contr. 2, 7, 1 notata ... multiplicatam -em perdat. PLIN. nat. 14, 90 mulierem -e multavit (*aliter* SVET. Iul. 1, 2 uxoris -e ... multatus). *de oneribus matrimonii:* VLP. dig. 10, 2, 20, 2 filius familias heres *a patre* institutus -em uxoris suae praecipiet, nec immerito, quia ipse onera matrimonii sustinet (*inde a* nec *genuin.?*). PAVL. dig. 17, 2, 65, 16 si unus ex sociis maritus sit et distrahatur societas manente matrimonio, -em maritus praecipere debet, quia apud eum esse debet, qui onera sustinet. AMBR. Abr. 2, 4, 18 *uxor*, quae non perfunctorie, sed legitimo teneatur coniugio, maximam secum vehat -em, quae invehat gravia onera matrimonii et durae faenus coniunctionis.

c *de aestimatione -is in vita cotidiana:* PLAVT. Aul. 191 virginem habeo grandem, -e cassam atque inlocabilem (*cf.* VARRO ling. 5, 14, *qui affert* cassa -e). TER. Phorm. 926 sin est, ut velis manere illam *sc. quam mihi despondisti*, apud te, -s hic maneat. CIC. Scaur. 8 neque eam habere in matrimonio propter foeditatem neque dimittere propter -em volebat. POMPON. dig. 24, 3, 1 publice interest -es mulieribus conservari. TERT. uxor. 2, 5 p. 691, 3[Oe.] -es obiectione nominis *christiani* mercedem silentii faciant. *sententiae quaedam generales:* PLAVT. Asin. 87 argentum accepi, -e imperium vendidi. Aul. 167 dives sum ... -es dapsiles ... nil moror. 491 quo lubeant, nubant, dum -s ne fiat comes. 532 haec sunt atque aliae multae in magnis -ibus incommoditates. Cist. 305 (NON. p. 72 altile ... opulentum) prohibet divitiis maximis, -e altili atque opima. Epid. 180 pulcra edepol -s pecuniast. Men. 767 viros subservire sibi postulant, -e fretae, feroces. Most. 281 quibus anus domi sunt uxores, quae vos -e meruerunt. Persa 387 dum -s sit, nullum vitium vitio vortitur. TITIN. com. 73 verum enim -ibus deleniti ultro etiam uxoribus ancillantur. CIC. parad. 44 si ... quinquaginta ... sint filiae, tot -es magnam quaerunt pecuniam. HOR. carm. 3, 29, 56 probam ... pauperiem sine -e quaero. VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 illinc (*i. a matrimonio*) ... -is exprobratio. PLIN. nat. 16, 141 vulgo ... -em filiae antiqui plantaria ea appellabant. IVV. 6, 139 veniunt a -e sagittae *amoris*. 14, 221 elatam iam crede nurum, si limina vestra mortifera cum -e subit. AVSON. 342, 1 saepe in coniugiis fit noxia, si nimia est -s.

D -s *tropice vel elliptice* **pro aliis rebus vel actionibus:** *i. q. ius -is:* VLP. dig. 24, 3, 29 pr. deteriorem condicionem in -e filiae facere. *fere i. q. -is obligatio, -is restitutio:* POMPON. dig. 25, 2, 8 pr. cum ... mulieri ... satis -i fieret (VLP. dig. 24, 3, 22, 4 [*fortasse interpol.*]. 36, 1, 23 (22), 4 COD. Iust. 12, 62 (63), 3 [*Diocl. et Maxim. anno non adiecto*]). *fere i. q. -is constitutio:* COD. Iust. 5, 12, 10 (*a. 286; interpol.*) per pactum quod -i insertum est formato contractu. 3, 30, 1 (*a. 358*) adversus -em immodicam *actio* (INTERPR. COD. Theod. 2, 21, 1 contra -em agere). INTERPR. COD. Theod. 3, 13, 4 ad implendam vel exigendam -em ... -s valere iubetur (*similiter ibid.* 2, 21, 2, *sed ibi legitur:* -s quae ... data est, non valebit). ISID. orig. 5, 24, 25 praecedente ... in nuptiis donatione -s sequitur (*ibid.* 26). *fere i. q. -is acceptio:* COD. Iust. 5, 13, 1, 1c (*a. 530*) et stipulationes et hypothecae inesse -ibus intelleguntur. *fere i. q. -is causa:* TRYPH. dig. 23, 3, 78 pr. consecutus per -em plenam fundi proprietatem (*interpol.?*). *tabulis -is simul subintellegendis:* -em conscribere, consignare, subscribere: *v. p. 2049, 55. 2049, 59. 2051, 49.* *ipsis nuptiis simul subintellegendis:* COD. Iust. 5, 27, 10 pr. (*a. 529*) cum quis a muliere ... cuius consuetudine gaudebat ... liberos habuerit, minime dotalibus instrumentis compositis, postea ... ad nuptialia pervenerit instrumenta ..., ne posteriores liberi, qui post -em editi sunt, sibi omne paternum patrimonium vindicare audeant ..., fratres suos, qui ante -em fuerint nati, ab hereditate paterna repellentes (5, 27, 11 [*a. 530*] *saepius*).

II ***sensu non iuridicali*** *(sensu iuridicali hic illic consociato ratione vel adhibita vel non adhibita):*

sacerdotes Gallorum (*Ihm, PW V 1730—1738. A. Klotz, Caesarstudien p. 120 sqq. E. Norden, Agnostos Theos p. 92. T. D. Kendrick, The druids, London 1927*): CAES. Gall. 6, 13, 3. 8. 9. 14, 1 (*v. totum locum* 13, 3—14, 6 *quo de eorum officiis, institutis, origine, privilegiis, doctrina disseritur*). 6, 16, 2 administrisque ad ea sacrificia (*sc. hominum*) -ibus utuntur (*v. infra l. 55 sq. 62. 72. 74*). 6, 18, 1. 6, 21, 1 *Germani* neque -es habent, qui rebus divinis praesint. CIC. div. 1, 90 in Gallia -ae sunt, *ex quibus Diviciacus* et naturae rationem . . . notam esse sibi profitebatur et partim auguriis partim coniectura, quae essent futura dicebat. MELA 3, 18 habent *Galli* . . . magistros . . . sapientiae -as. (*seq. de doctrina*). . . . docent . . . aut in specu aut in abditis saltibus. LVCAN. 1, 451 et vos barbaricos ritus moremque sinistrum sacrorum, -ae, positis repetistis ab armis (*seq. de doctrina*). 453 nemora alta remotis incolitis lucis (COMMENT. sine templis colebant deos in silvis. -ae: gens Germaniae. sunt autem -ae philosophi Gallorum dicti ab arboribus, quod semotos lucos incolant. . . . an quoniam glandibus comestis divinare fuerant consueti (*seq. de doctrina*). PLIN. nat. 1, 30, 4 de Galliarum -is. 30, 13 (*de magia, quo refert etiam immolationem hominum*) Tiberii Caesaris principatus sustulit -as (*v. l. 73 sq.*) . . . et hoc genus vatum medicorumque. . . . Britannia hodieque eam . . . celebrat. 16, 249 nihil habent -ae (ita Galli suos appellant magos) visco et arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius. *ibid.* ut inde (*a quercu*) appellati quoque interpretatione Graeca possint -ae videri. 24, 103. 29, 52. 54 (*v.* 53 ut est magorum sollertia occultandis fraudibus sagax). TAC. hist. 4, 54 *incendium Capitolii* signum caelestis irae datum . . . -ae canebant. ann. 14, 30 (*in Mona insula*) -ae *stabant* circum (*sc. aciem*) preces diras . . . fundentes. SVET. Claud. 25, 5 -arum religionem apud Gallos dirae immanitatis et tantum civibus sub Augusto interdictam penitus abolevit (AVR. VICT. Caes. 4, 2 *compressae per Claudium* per Galliam -arum famosae superstitiones. *v. l. 63*). VOPISC. Aurelian. 44, 4 Aurelianum Gallicanas consuluisse dryadas sciscitantem *eqs.* 5. Car. 14, 2 cum -ade quadam muliere. 3. 15, 1. 5. LAMPR. Alex. 60, 6 mulier -s eunti *Alexandro* exclamavit Gallico sermone *eqs.* AVSON. 194, 7 tu Baiocassi stirpe -arum satus. 200, 27 (24) stirpe satus -um (*v. l.* driidum). AMM. (*ex Timagene*) 15, 9, 4 drasidae memorant *eqs.* (*de origine Gallorum*). 8 viguere studia laudabilium doctrinarum, inchoata per bardos et euhagis et † dratis. . . . ceteris dryaridae ingeniis celsiores, ut auctoritas Pythagorae decrevit, sodaliciis adstricti consortiis, *eqs.*

drumed- *v.* dromed-. **δρουγγάριος** *v. p. 2071, 9.*

[*Drexler*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

drungus, -ī *m.* [*vox gallica vel britannica esse videtur, cf. hibern.* drong *aremor.* drogn 'caterva, turba'. *Th.*]. *i. q.* *globus, turba* (*cf. Grosse, Röm. Militärgeschichte p. 256*): VOPISC. Prob. 19, 2 triumphavit de Germanis et Blemmyis, omnium gentium -os usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit. VEG. mil. 3, 16 scire dux debet, contra quos -os, hoc est globos, hostium quos equites oporteat poni. 3, 19 ne ... circumveniantur tui a multitudine hostium aut a vagantibus globis, quos dicunt -os (*v. l.* drongos). δροῦγγος, δρόγγος *apud scriptores rer. Byz. inde deriv.* **δρουγγάριος** *ibid. passim inde a s. VIII.*

druppa, -ae *f.* [*gr.* δρύππα, *imminutum esse videtur pro* δρυπεπής, δρύπεψ *vel* drypetis. *Th.*]. *cf. Walde-Hofmann, Lat. etym. Wb. s. v.* *i. q.* *oliva paene matura, nigrescere incipiens.* GLOSS. -ae: γεργέριμος, ἐλαία μελανή. ATHENAEVS 2, 56ᵃ ταύτας (*sc.* τὰς δρυπεπεῖς ἐλάας) Ῥωμαῖοι 'δρύππας' λέγουσιν. ANTH. Pal. 6, 299, 4 δρύππα. PLIN. nat. 12, 130 *omphacium fit* ex olea ..., olea adhuc alba expressa, deterius ex -a. ita vocatur prius quam cibo matura sit, iam tamen colorem mutans; differentia quod hoc viride est, illud candidum. 15, 6 optima aetas ad decerpendum (*sc.* oleam) inter copiam bonitatemque incipiente baca nigrescere, cum vocant -as, Graeci vero drypetidas. 15, 26 *amygdalinum oleum* fit et lauru, admixto -arum (drypparum *M*) oleo. 17, 230 druppis (droppis *codd.*) ..., quae maturescentes tum sunt praecipue caducae. *nota* 19, 79 cum olivis -is (druptis, drupstis, drupstris, drustis *var. lect.*).

[†**drusus,** -a, -um: GLOSS.ᴸ I Ansil. DR 32 -us (*immo* durus): patiens aut rigidus aut contumax = III Abol. DU 4 durus: patiens rigidus contumax. *aliena est glossa* Corp. D 85 hirsutum: drustum (?). *Lindsay in plagulis.*] *cf. Walde-Hofmann, Lat. etym. Wb. s. v. inde corrigas Onom. III 256, 80* GLOSS. -us *eqs.*

dryadae, dryas, dryidae *v.* druides *et Onom. s. v.* Dryas.

dryinus, -a, -um *adi.* δρύινος. DIOSC. 1, 143 reliqui cineres arborum simile habet efficacia, maxime drianum (ἡ δρυίνη, *sc.* κονία). *e coni.*: DIOSC. 1, 21 *brion* invenitur in arbore cedria ut populi aut †ardini (*Monac.*, haudardini *Paris. Bern.*; druini *editores; gr.* ἐπὶ δένδρων κεδρίνων ἢ λευκίνων ἢ δρυίνων).

dryītis, -is *f.* [*cf.* δρυίτης. *Th.*]. **1** *gemma quaedam*: PLIN. nat. 1, 37, 73 cenchritis. -is (dritis, drytis *var. lect.*). cissitis. 37, 188 *rerum similitudo est* in -e (druite *F*, similis est dryitis *L*, *om. a*) truncis arborum; haec et ligni modo ardet. **2** *herbae nomen, quae vocatur* chamaedrys: *v. infra l. 64 sq.*

[**dryocolafon** *inter nomina herbae quae dicitur* camelon: PS. APVL. herb. 23 l. 9 H.-S. (dioscolosan, dricolason, diacolean, diocolofan, diocholofat, dyocolofam *al.*)].

dryocolaptēs, (-is) *m.* δρυοκολάπτης. *i. q.* *picus.* PLAC. Gloss.ᴸ IV D 16 -es (driocalaptes, -galaptes *codd.*): avis, quae in capite suo in modum galli cristam habet, quae ore suo arborem fodiens ibidem sibi nidum facit.

dryopteris, (-idis) *f.* δρυοπτερίς. PLIN. nat. 1, 27, 48 -is. 27, 72 -is (*v. l.* drysopteris) felici similis in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. *v.* briocteris.

drypetis, -idos *f.* [*δρυπετίς, *cf.* δρυπετής, δρυπεπής. *Th.*]. PLIN. nat. 15, 6 (*v. supra l. 20*) cum vocant druppas, Graeci vero -as (petiadas *M*, drypeditas *rell.*). *Drexler.*

drys (drīs) *f.*, δρῦς. **1** *i. q.* *quercus*: *nom.*: DIOSC. 1, 116 dris ... arbor (*gr. 1, 106* δρῦς). 3, 99 arbor dris (*om. gr. 3, 89*). *v. etiam Onom. s. v.* *dat.*: DIOSC. 3, 135 similat drii et olivae florentis (*om. gr.*). *inc.*: DIOSC. 3, 108 folia habens sicut drio (*gr. 3, 89* δρυὶ ὅμοιον). 4, 1 folia ... similia drosi (*Monac.*, droci *Paris.*, *gr.* ὅμοια δρυί). 4, 56 folia ... similis a dris (*Paris.* [drio *mg.*], drios *Erf.*, *deest Mon., gr. 4, 60* ἐοικότα δρυΐ). *gen.* (*v.* driofigo): DIOSC. 1, 116ᵗⁱᵗ· de drios (*om. gr. 1, 106*). 1, 116ᵐᵉᵈ· de drio (*gr. 1, 106, 2* δρυός). 1, 117ⁱⁿ· de drios (*gr. 1, 107*ⁱⁿ· δρυός). *abl. pl.*: DIOSC. 4, 45 in drisin (*Monac.*, dricin *Paris.*; *gr. 4, 48* ἐν ταῖς δρυσίν). **2** *i. q.* *chamaedrys*: PS. APVL. herb. 24 l. 12 H.-S. a Graecis dicitur camedris, alii dris (*om.* γ), alii driitis (*Ca*, dirsit- *L*, dry(i)sit- β). GLOSS. *v. vol. III 986, 1.* *D.*

drysites *v. l. 65.*

du- [*pro* dvi-, bi- *in compos. ante* p *et* b *ex* dvu- *factum esse videtur, cf. umbr.* du-pursus '*bipedibus*'. *ante* c *invenitur in* ducenti. *Th.*]. **dua** *v.* duo.

duālis, -e [*a* duo, *cf.* δυικός. *Th.*] *quod ad duo pertinet.* *generaliter* (*semper cum* numerus): LACT. opif. 10, 9 quantum -is numerus ... ad rerum valeat perfectionem. CHALC. comm. 35 FAV. EVL. p. 10, 18 linea ... sub -is numeri natura limitatur. HIER. in Zach. 2, 6 p. 827 Vall. in Ezech. 3, 11 p. 107 Vall. 12, 40 p. 492. 12, 41 p. 495. 499. 13, 43 p. 527 RVFIN. Orig. in Rom. 3, 8 in -em numerum, qui interdum etiam pro immundis ponitur. DIOM. gramm. I 334, 26 dictio, quae -em exprimat numerum (*v.* dualitas *p. 2072, 27*). MACR. somn. 2, 2, 16. CASSIAN. c. Nest. 3, 4, 3 CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 145, 25. *singulariter* MAX. TAVR. hom. 39 p. 312ᶜ in hoc ... quadragenario et -i numero (*de annis*).

t. t. grammaticorum: -is numerus (*subst. hic illic subauditur*): QVINT. inst. 1, 5, 42 (*ex Antonio Rufo?*) numeros, in quibus nos singularem ac pluralem habemus, Graeci et δυϊκόν. quamquam fuerunt, qui nobis quoque adicerent -em 'scripsere legere'. ... quod vocant -em, in illo solo genere consistit, cum apud Graecos et in verbi tota fere ratione et in nominibus deprehendatur. *in nominibus non esse nisi in* duo ambo *consentiunt* CHAR. gramm. I 18, 2. 153, 27. DIOM. gramm. I 301, 21. 334, 26 (*longior tractatio*). DON. gramm. IV 376, 23 SERV. gramm. IV 408, 17 EXPLAN. in Don. gramm. IV 494, 31. 540, 7 CLEDON. gramm. V 60, 6 POMP. gramm. V 165, 28 (*longior expositio*). 174, 17 CONSENT. gramm. V 347, 33. MACR. exc. gramm. V 599, 19 δυϊκόν id est -em. 615, 7. 636, 22 PRISC. gramm. II 172, 3 AVDAX gramm. VII 343, 20 GRAMM. suppl. 84, 15. 139, 11. 240, 13. *male numerum dualem et communem q. d. confundit* CLEDON. gramm. V 10, 20; *de verbis cf.* DON. gramm. IV 384, 2 POMP. gramm. V 234, 18 CONSENT. gramm. V 379, 5 MACR. exc. gramm. V 632, 5 SACERD. gramm. VI 432, 8 GRAMM. suppl. 256, 3. SERV. Aen. 2, 1. 3, 233 HIER. in Dan. 7, 25 p. 671 Vall. *Hebraei* et ipsi -em numerum habent. AVG. civ. 20, 23 p. 465, 16ᴰ. GLOSS.ᴸ II Philox. DU 1 -e δυικόν. 2 -is δυικός. AVG. gramm. V 508, 20 'uterque' singulari sono est, sed significatione -i. *adv.* **duāliter.** MAR. VICTOR. adv. Arrium 1, 62 -er ... homo ... intelligitur. GLOSS. II 281, 23 δυϊκῶς.

duālitās, -ātis *f. a* dualis. *forma vel natura dualis, praecipue de dei natura apud Christianos*: IREN. 1, 11, 1 -em (δυάδα) quandam innominabilem. *ibid.* ex hac -e secundam -em emissam. **16, 1** *bis.* HIER. in Ezech. 3, 11, 2 p. 107 Vall. ut a Iudaica -e in unionem nos revocet fidei Christianae. RVFIN. Clement. 3, 10 p. 1287ᴮ -is subire ordinem *deum.* 3, 11 p. 1288ᴬ AVG. serm. 7, 6 MAR. MERC. Conc.ˢ I 5 p. 27, 13 naturarum. p. 27, 36 non in -e sed in unitate. MACR. exc. gramm. V 636, 23 vocem ... quae -em contineat (*v.* dualis *p. 2071, 78*). EPIST. pontif. Thiel tract. 3, 9 AVELL. p. 166, 8 filiorum (184, 16. 218, 1. CONC.ˢ I 5 p. 313, 39). 176, 17 *bis.* 240, 10 personarum (245, 9. 30. 248, 30). FAVST. Rei. spir. 1, 5 p. 107, 23 -em semiplenam esse. 1, 8 p. 113, 23. 2, 4 p. 138, 3 (*cf.* p. 130, 9) Macedonius -em adserens. ALC. AVIT. c. Arr. 19 p. 8, 1. 20 p. 9, 2 hom. 7 p. 114, 10. BOETH. anal. post. 1, 1 p. 713ᶜ *bis.* trin. 3, 16 arithm. 1, 20 p. 43, 7. 2, 8 p. 93, 14 -s, quam Graeci dyada vocant. 2, 27 p. 117, 16 unitate ... -e, idest binario numero. 2, 27 p. 117, 23. 2, 28 p. 117, 27. 2, 31 p. 123, 7. 2, 36 p. 132, 25 DIONYS. EXIG. Conc.ˢ IV 2 p. 200, 26 non erit singularitas sed -s (*gr. p. 190, 8* μονάς ... δυάς). p. 201, 16. FVLG. RVSP. epist. 17, 5, 10 non personalem -em, sed utriusque naturae unitionem. CASSIOD. anim. 9 p. 1295ᴮ mystica. var. 11, 2, 4 homo constat ex -e. RVSTIC. c. aceph. p. 1184ᶜ. 1185ᶜ. 1207ᴰ. GLOSS. II 560, 58.

duāliter *v.* dualis *supra l. 18.* **duapondo** *v.* duo.

duas *legitur in titulo Pompeiano adscripto figurae viri aleam ludentis* CORP. IV 3494ᵇ non tria, duas est, *ubi puto non esse subst.* (*nec* dyas), *sed acc. vulgariter loquentis. cf.* duo. *† Vollmer.*

?**dubenus** (-ī, *m.*). [dubenus dubinus dubius *incerta positione et origine. Th.*]. PAVL. FEST. Gloss.ᴸ IV p. 177ᵃ (p. 67, 6 M.) -us (*v. Lindsay ad l.*; dubienus *Scaliger, Cast. p. 5, 14* ['*ut ab alio alienus ... sic a dubio dubienus*']; *v. etiam s. v.* duinus) apud antiquos dicebatur qui nunc dominus (dubius *Scaliger p. 57, 35*; dubinus *Goetz, Festschrift Fr. Kluge p. 46* [*v. etiam Walde-Hofmann, Lat. etym. Wb. s. v.*]). GLOSS.ᴸ II Philox. DU 12 dubius δεσπότης. *cf.* PAVL. FEST. Gloss.ᴸ II p. 118ᵃ (p. 21 M.) addubanum. dubium. [*certe falsarii est exemplum Stephani Thes. ling. lat. tom. II p. 159 (a. 1740)*: 'Pacuv. Tum dubenus servos legatos (lig- ?) pessime verberat. Ex Festo'.] *v.* duinus.

dubiē *v.* dubius *p. 2126, 54.*

dubietās, -ātis *f. a* dubius. GLOSS. -s ἀμφιβολία. *respondent apud auctores Graecos*: ἀμφιβολία *p. 2073, 15*, ἀμφίβολον *p. 2073, 22*, ἀμφισβήτησις *p. 2073, 18*, δειλία *p. 2073, 9*, διάκρισις *p. 2073, 17*, διψυχία *p. 2073, 73 sqq.* *de formis*: dubitate *pro tradito* dubitae CONC. Arvern. a. 535 p. 71, 6 *scripsit Maassen, cuius formae unum exemplum adfert Du Cange. pluralis* (*praeter* AMM. 25, 10, 12 *l. 68*): HERM. *p. 2073, 74.* ZACCH. *p. 2073, 77* EPIST. pontif. *p. 2073, 37.* *legitur inde ab anno fere 300* (VICTORIN. POETOV.). **1** *i. q.* *ambiguitas* (*cf. s. v.* dubitatio *p. 2078, 70*): EVTR. 6, 19, 2 Caesar ... coepit poscere alterum consulatum atque ita, ut sine -e aliqua ei deferretur. AMM. 25, 10, 12 super cuius obitu -es emersere conplures (*i. q. varii rumores*). SERV. Aen. 10, 377 nonnulli vitant generis -em et legunt 'magni' scilicet 'maris'. Caper tamen in libris dubii generis probat dici et 'hic obex' et 'haec obex'. SERV. auct. Aen. 3, 7 propter -em oraculorum. POMP. gramm. V 202, 18 'ego' penitus finitum est nec habet aliquam -em. COD. Theod. 11, 5, 2 (= Iust. 10, 17, 1) ne qua sit -s, hac aperta definitione decernimus, ut *eqs.* FVLG. myth. 1, 17 *Apollo* suorum radiorum manifestatione omnem -is scindit caliginem. CANON. Migne 56, 797ᶜ qui iudicent et -em dissolvant. COD. Iust. 6, 42, 31, 1 tota antiqua -e super hoc explosa nobis placuit. de emend. cod. 5 *codicis* scripturam ... sine ulla signorum -e conscribi iussimus. CASSIOD. var. 7, 40, 3 ut sub nulla -e diligas, quos tibi absolute successores futuros esse cognoscas. PS. PRIMAS. in II Cor. 1, 18 nulla in *sermone nostro* est -s nec nos vobis sumus aliquando mentiti (PELAG. ambiguitas). GREG. TVR. Franc. 5, 17 eo anno -s paschae fuit. *ibid.* tit. 10, 23. **2** *saepius i. q.* *dubitatio*: **a** *i. q.* *haesitatio, cunctatio*: PS. HIER. epist. 7, 9 p. 115ᴬ *[Bulhart]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliorum longam -em languidumque teporem. CASSIOD. var. 3, 43, 2 prioribus dominis iubemus sine aliqua -e restitui. LEX Burg. Rom. 6, 1 sine -e. GREG. M. epist. 4, 13 sine aliqua eum fac -e restitui. *sollicitudo* (*cf. s. v.* dubito *p. 2098, 35 sqq.*, dubitatio *p. 2075, 67*, dubius *p. 2106, 2*): AMM. 20, 4, 6 absentia magistri equitum augente -em (*syn. ib.* sollicitus). AVG. epist. 62, 2 Timotheus vehementissime perturbatus, quod -em tam inopinatam invitissimus senserit. GREG. M. dial. 2, 22 p. 176^{D} manus tuae locutionis tersit a me ... -em mentis (δειλίαν). 4, 1 p. 320^{A} quae -s in primo parente nostro esse non potuit (δειλία). **b** *i. q. cogitatio vel suspensa atque incerta vel ad negandum vergens*: VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 10 constituti sunt sine -e diei angeli duodecim, noctis angeli duodecim. AMM. 22, 14, 4 tamquam futurum sine -e victorem. POMP. gramm. V 257, 12 facit nobis -em. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 3, 9 nihil enim medium neque -e dignum ... exposuit (*gr. I 1, 7 p. 156, 9* ἀμφιβολίας. *cf.* p. 4, 5 nihil medium neque quod vel parvissimam dubitationem facere possit [*p. 156, 34* διάκρισιν]). p. 3, 15 dissolvit -em, quae inter nos erat (*p. 156, 15* ἀμφισβήτησιν). p. 3, 19 soluta est ... universa -s et contradictio de *incarnatione Christi* (*p. 156, 20* πᾶσα ... ἀντίρρησις). EPIST. pontif. 1056 Conc.^{S} IV 2 p. 131, 23 res, quae -i subiacet, in parte semper est interpretanda meliori. LEO M. epist. 28, 5 p. 775^{A} *Christus* pertractari se ... ab eis quos -s perstringebat admittens (τὸ ἀμφίβολον). COD. Theod. 16, 2, 45 (= Iust. 1, 2, 6) si quid -is emerserit. 12, 1, 86 super eorum filiis revocandis nullius -is exstet ambiguum. MAX. TAVR. serm. 61 p. 656^{B} quaestio nobis oboritur, quae -em inferre ... videatur. CLAVD. MAM. anim. 1, 11 p. 52, 4 cum nonnisi ab ignorantia proficiscatur -s arbitrantis. 102, 7 causa -is ignoratio est. EVGRAPH. Ter. Ad. 228 inieci scrupulum hoc est -em. Andr. 940. BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 9 p. 100, 18 nascitur huiusmodi -s, utrum definitio vera sit. herm. sec. 2, 5 p. 97, 28 oritur quaestio ... quam -em ipse dissolvit. PASS. Petr. Paul. long. 54 add. M. et quae est -s? (*i. dubitari non oportet*). CONC. Arvern. a. 535 p. 71, 6 qui dubitate (*Maassen; codd.* dubitae) regende vitae propriae forsitan praemebantur. Matiscon. a. 585 p. 168, 29 quod si et ipsis -s fuerit. AVELL. p. 594, 10 non est quod se -s inserat. 743, 8. EPIST. pontif. Conc.^{S} IV 2 p. 109, 34 ne ... aliqua adhuc videatur quaestio aut -s remanere. EPIST. pontif. (Felix) Thiel 14, 2 *communionem* remotis- bus optabamus plenam catholicae fidei. THEOD. MOPS. in Gal. 2, 16 p. 25, 9 non modica ... hinc (*cf. s. v.* dubito *p. 2102, 61*) -s adnasci videtur. EXPOS. fid. Migne 13 p. 653^{A} nulla erit -s ex illo initio paterni nominis filium initium accepisse, quo Pater nominatus est. DIONYS. EXIG. Conc.^{S} IV 2 p. 199, 4 ad excludendam -em (*cf. gr. p. 188, 25*). COD. Iust. 6, 20, 20 pr. illud ... a quibusdam in -em deductum. 7, 62, 37, 1 si *iudices* dissentirent, ... *quaestore* -em dirimente finiatur negotium. 6, 61, 5, 1 ex quo videlicet inducta est -s. 6, 30, 18, 4 nulla -e relicta, quin *eqs.* 8, 56, 4 -e eorum explosa sancimus. 4, 5, 11 pr. pro -e eorum, qui mente titubante indebitam solverunt pecuniam, certamen legislatoribus incidit, utrumne id, quod ancipiti animo persolverunt, possint repetere necne. de cod. comp. 2 nulla -e super generali earum (*legum*) robore ... orienda. 6, 30, 19, 4 sine aliqua -e. 6, 20, 21 pr. ut nemini super collatione de cetero -s oriatur. 6, 35, 12 pr. talis de antiquo iure -s *nobis* suggesta est. 6, 46, 6, 1 quaerebatur inter antiquos ... veterum -e quiescente nobis placuit. NOVELL. Iust. 112 praef. ut -em discernamus. CASSIOD. gramm. VII 212, 33 (= inst. div. 30 p. 1145^{C}) -e sublata. in psalm. 33 div. 33, 20 hoc omnem naevum -is excludit. 120, 5. 125, 4 var. 12, 22, 4. 6. LEX Sal. capit. 4, 5. GREG. M. dial. 1, 8 p. 188^{D} nihil mihi -is remansit. in Ezech. 1, 4, 1. 1, 9, 6 apostata absque ulla -e deputatur. 2, 3, 21 Iosue ... dum dubia certamina certa mente subiit, ad victoriam sine -e (*i. indubiam*) pervenit. 2, 9, 1 in quibus verbis magna caligo -is oboritur, utrum ... an ... dicantur. moral. 4, 71 de peccati venia -s non erit. 12, 16 infirmanti -i omnimodo contradicunt (*opp.* soliditatem; 10, 35 incertitudine). epist. 1, 16 ut ... aggregata synodo de ea, quae inter vos vertitur, -e iudicetur. 3, 54. 4, 4. LEX Visig. 10, 1, 14 si ... aliquam -em habuerint, quantum ... dederint. BEDA gramm. VII 234, 18 absque ulla -e. *speciatim de fide Christiana*: Ps. AMBR. prec. 1, 3 spiritum ... -is et blasphemiae. act. Seb. 11, 34 nulla penitus -is signa in corde meo remanserunt. Ps. HIER. in Matth. p. 550^{A} 'socrum Petri febricitantem': id est synagogae -s. GAVDENT. serm. 8 p. 886^{B} de virtute dei nulla in facto -s poterit animae fideli subrepere. AVG. serm. ed. Mai 161, 1 omnis tollitur -s. 161, 2 HERM. Pal. vis. 2, 2, 4 si ... tulerint de cordibus suis -em (διψυχίας, vulg. dubitationes). 3, 7, 1 per -em suam (ἀπὸ τῆς διψυχίας, vulg. a dubitatione sua). 3, 10, 9 -es vestrae (αἱ διψυχίαι, vulg. dubitationes). 3, 11, 2 a luxuriis vestris et -bus (μαλακιῶν καὶ διψυχιῶν, vulg. a vestris infirmitatibus et dubitatione cordis). ZACCH. 1, 37 mentem -bus emundari. GREG. M. moral. 10, 16 -e sua cor anxium hoc ipsum quia titubat valde formidat. 10, 18 ut *mens* ... in -e contabescat (*opp.* fides). *ibid. mentem* ex aliquantula mutabilitate perfidiae aura -is versat. 14, 71 -is nebulas tolle.

dubingeniōsus, -a, um. GLOSS.^{L} II Philox. DU 35 -us ἀφυής. *Roensch (Collectan. philol. 299) vitandae aurium offensionis causa pro* *ingeniosus *ex* dubie *et* ingeniosus *compositum esse putat, simili modo atque* malecastus; *Heraeus* duringeniosus *scribendum coniecit.*

1. dubinus *v.* duinus.

2. dubinus *v.* dubenus. **dubiō** *v.* dubius *p. 2128, 50.*

dubiōsus, -a, -um. [*a* dubium. *Th.*]. *fere i. q. dubius.* GELL. 3, 3, 3 *Varro* illas unam et viginti (*fabulas Plautinas*) ... idcirco a ceteris segregavit, quoniam -ae non erant (*cf.* RVFIN. hist. 3, 25, 2 haec sunt (*scripta*), de quibus nulla umquam prorsus extitit dubitatio. sequenti loco iam sunt illa, de quibus a nonnullis dubitatum est [καὶ ταῦτα μὲν ἐν ὁμολογουμένοις· τῶν δ' ἀντιλεγομένων]). 5, 10, 15 iudices -um hoc inexplicabileque esse, quod utrimque dicebatur, rati.

dubitābilis, -e. *a* dubitare. *ab* OV. *ut videtur inventum raro legitur.* **1** *passive: de quo dubitari, ambigi potest vel dubitatur, ambigitur, fere i. q. dubius,* ἀμφίβολος (*l. 20*): OV. met. 1, 223 experiar, deus hic ... an sit mortalis. nec erit -e verum. 13, 21 si virtus in me -s esset, nobilitate potens essem. ARNOB. nat. 1, 49 in medio ponere et -e quod adseras facere. 3, 4 adstipulamur ... nec in aliqua quaestione -e istud ambiguumque configimus. 2, 17 -e non foret, quin. LEO M. epist. 109, 3 ne -e videretur, an vere in ipsis ... Manichaeorum opinio pullularet. 114, 1 ne ... -e videretur, utrum ... approbem (μὴ ἀμφίβολον δόξῃ, πότερον). OP. imperf. in Matth. 49 p. 908$^{in.}$ hoc de hac interpretatione (*i. haec pars huius interpretationis*) -e mihi videtur. BOETH. cons. 4, 2, 131 malorum minime -s apparet infirmitas. herm. pr. 1, 9 p. 125, 11 veritas aut falsitas propositionum -s est. herm. sec. 3, 9 p. 245, 12. 247, 7 si res sint -es et indefinito variabilique proventu, contradictio quoque ... variabili indefinitoque proventu *est.* mus. 1, 1 p. 179, 10 visus utrum venientibus ad visum figuris an ad sensibilia radiis emissis efficiatur, inter (*cf. s. v.* dubito *p. 2102, 63*) doctos quidem -e est, vulgum vero ipsa quoque dubitatio praeterit. in top. Cic. 1 p. 277, 19 quaestio est -s propositio. in Porph. comm. sec. 4, 1 p. 242, 13 illud forsitan sit -e de unius cuiusque forma corporis, an ullo modo separari queat. sed ea quoque est separabilis. *nota*: BOETH. divis. p. 889^{B} est autem omne quidem ambiguum -e, non omne tamen -e est ambiguum (*ambiguum dicit* 'audio Graecos vicisse Troianos', -e 'da mihi', *in quo, quid dare debeas, intellegi non possit*). **2** *active: qui dubitat, diffidit, non credit*: PRVD. apoth. 581 credentes nam Christus adit, -e pectus sub titubante fide refugo contemnit honore. *cf. s. v.* dubito *p. 2092, 62.*
deriv. indubitabilis, indubitabilitas.

dubitanter *v.* dubito *p. 2103, 17.* **dubitātē** *v.* dubito *p. 2103, 47.*

dubitātim [*a* dubitare. *Th.*]. NON. p. 98 -m dubitanter. *inde* GLOSS. -m dubitanter. *fere i. q. haesitanter*: CAEL. hist. 30 imperator conclamat ..., ut velites ... Gallis non -m inmittantur. SISENNA hist. 75 quod hostem non -m cum pluteis ac scalis iter facere videbat.

***dubitātio**, -ōnis *f.* *a* dubitare. GLOSS. -o δισταγμός. *respondent in Graecis*: ἀμφιβολία *p. 2076, 71. (2078, 28).* ἀμφισβήτησις *p. 2076, 40. 74. 2077, 18. 2078, 1 (2076, 38).* ἀντιλέγεσθαι *p. 2076, 65.* ἀπορία *p. 2076, 46.* διαπόρησις *p. 2075, 10.* δισταγμός *p. 2075, 51.* ἐπέχειν *p. 2078, 51.* *legitur inde a* SISENNA, *non apud poetas praeter* PS. DAMAS. 80, 3; *apud* CIC. *90^{ies}*, QVINT. *20^{ies}*, VLP. *40^{ies}*, AVG. civ. *26^{ies}*, *saepe etiam apud* BOETH., *in* COD. Iust. *plurali numero exstat* CIC. har. resp. 12. Att. 5, 21, 4. ARNOB. nat. 4, 27 sine ullis -bus. CONC.^{S} I 3 p. 50, 17 BOETH. herm. sec. 5, 12 p. 377, 3. pr. 2, 12 p. 167, 19. 2, 13 p. 193, 7 COD. Iust. 6, 2, 22, 4. 3, 28, 37 pr. NOVELL. Iust. 35 pr. *probabiliter suppletur* BELL. Alex. 15, 3, *falso pro* dubitanter *traditum est* CIC. ac. 1, 17, *pro* educatio PLIN. nat. 16, 94, *pro* meditatio *ibid.* 27, 56.

I *pertinet ad* **voluntatem** *(A. B 1. 2 C) vel* **affectum** *(B 3)*: **A** *voluntate in incerto manente: i. q. fluctuatio animi, qua incerti haeremus, faciamus aliquid necne*: **1** *generatim: absolute*: CIC. Verr. II 2, 74 aestuabat -e, versabat se in utramque partem non solum mente, verum etiam corpore. off. 3, 18 quid ergo est, quod nonnumquam -em adferre soleat? SALL. Iug. 62, 9 multis diebus per -em consumptis. hist. frg. 3, 5 diebus aliquot per -em ⟨tritis⟩. CVRT. 8, 10, 10 aliis deditionem, aliis pugnam experiri placebat. quorum -e comperta *eqs.* SEN. benef. 3, 8, 4 sermo et -o et vultus meriti gratiam *destruunt.* QVINT. inst. 1, 1, 32 (*ex festinatione legere discentium*) accidit -o, intermissio, repetitio. 11, 3, 182 -is moras. TAC. ann. 3, 41 aluit -e bellum. 1, 7. 6, 43 si statim interiora ... petivisset, oppressa cunctantium -o (*erat*). APVL. met. 10, 3 ut in quodam vado -is haerens. Socr. 17 p. 157 ut ubi -e claudicaret, ibi divinatione consisteret. FIRM. math. 4, 7, 3 faciet instabiles cupiditatibus, errore dubios et qui omnia consilia ... erratica semper -e suspendant. DICT. 1, 2, 1 inter tantam animi -em. CLAVD. DON. Aen. 9, 252. *c. gen. obi.*: RHET. Her. 2, 19, 28 consuetudo peccandi maleficii suscipiendi removebat -em. *c. praep.*: CIC. Att. 3, 7, 3 -em de Epiro non inconstantia nostra adferebat. INST. Iust. 3, 1, 16 -o manebat inter adgnatos et memoratos nepotes. *enunt. interrog.*: LIV. 28, 25, 15 illa -o erat, singulaene cohortes an universi ... irent. IVL. VAL. 2, 26 p. 92, 16 non absque ea -e egit, utrumne adorandus sibi idem rex foret.

2 *in sermone q. d. technico*: **a** *rhet. i. q.* διαπόρησις: RHET. Her. 1, 6, 10 -e utemur, quid potissimum dicamus aut cui loco primum respondeamus, cum admiratione. CIC. inv. 1, 25. de orat. 3, 203. QVINT. inst. 9, 2, 19 -o, cum simulamus quaerere nos, unde in-

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, si omnino dicendum sit ... '... quo me vertam nescio'. MART. CAP. 5, 523 διαπόρησις est -o (addubitatio *al.*), qua figura utimur, cum veluti dubitantes ab ipsis iudicibus inchoamenti consilium postulamus ... '... quo me vertam nescio'. *aliam dicit* CIC. de orat. 3, 207, *quae est in his*: RHET. Her. 4, 29, 40 -o est, cum quaerere videatur orator, utrum de duobus potius aut quid de pluribus potissimum dicat ... '... sive stultitiam sive malitiam dicere oportet sive utrumque'. QVINT. inst. 9, 3, 88 SCHOL. Cic. Bob. p. 127, 24 St. 'vel ... exoratus vel ... iratus'. prudenter κατὰ δια⟨πόρησιν⟩ non vult exerte conqueri de Caesare et tamen querellam sapit ipsa -o. *adde* CLAVD. DON. Aen. 11, 503 'si qua est fiducia forti' ... posuit in medio -em. EVGRAPH. Ter. Ad. 601 'si ita aequom censes aut si ita opus est facto' ... -e utens ... Micio. CASSIOD. in psalm. 129, 3 'si iniquitates observaveris, ... quis sustinebit?' ... quae figura Graece dicitur diaporesis, Latine -o, cum habemus ambiguum, si possit inveniri, quod quaeritur. *cf.* ARNOB. nat. 3, 8 consuestis in precibus 'sive tu deus es sive dea' dicere, quae -is exceptio *eqs.* **b** *gramm.*: PRISC. gramm. III 247, 25 (*modus subiunctivus*) -em ... comprobationem ... possibilitatem significat ... -em ut ... 'eloquar an sileam?'

B *animo ab aliqua re facienda abhorrente*: **1** *i. q. voluntatis haesitatio, qua aliquid facere veremur*: *absolute*: CIC. har. resp. 12 in nostris -bus atque in maximis superstitionibus. de orat. 2, 28 praecisa mihi quidem est -o. epist. 7, 5, 1 mea quaedam tibi non ignota -o ... impedire profectionem meam videbatur. 13, 26, 3 quod quo minore -e facere possis. Att. 6, 6, 3 sublata -o est. SCHOL. Cic. Gron. p. 284, 31 St. 'ea nos religione liberaremur' id est ea nos -e liberaremur. *c. praep.*: CIC. Caecin. 4 vestram in iudicando -em. *c. gen. obi.*: CIC. rep. 1, 12 -em ad rem publicam adeundi ... debui tollere. Verr. II 5, 165 -em aliquam crucis, ... crudelissimi taeterrimique supplici aliquam parvam moram. (*aut* [crucis] *aut* dilationem ... crucis *editur; an i. q. mora [l. 46]?*). *seq.* quin: CIC. Phil. 9, 8 nulla -o relinquetur, quin honore mortui, quam vivo iniuriam fecimus, sarciamus. LIV. 34, 8, 3 nulla deinde -o fuit, quin omnes tribus legem abrogarent (*i. non dubitaverunt abrogare*). **sine -e**: CIC. Verr. II 3, 60 equitibus Romanis ... manus ab Apronio ... sine ulla -e adferebantur (Cluent. 75 omnes sine ulla -e condemnant. nat. deor. 1, 1 Brut. 25 hoc vero sine ulla -e confirmaverim. de orat. 2, 122 QVINT. decl. 338 p. 333, 4 AMM. 20, 8, 15 hoc sine ulla -e confirmaverim. AVG. civ. 1, 24 p. 39, 16 D.). Caecin. 97 omni iure civili sine cuiusquam ... -e *utuntur*. leg. agr. 2, 23 sine -e (nat. deor. 3, 84 Victoriolas aureas ... sine -e tollebat. VITR. 6 praef. 6. 10 praef. 2. CHIRON 178 sine -e escam suam conficientes et bene bibentes (*i. libenter*). VVLG. act. 10, 29 sine -e veni (ἀναντιρρήτως ἦλθον)).

2 *i. q. cunctatio, mora*: RHET. Her. 1, 16, 26 sine *ratione* ne parva quidem -o potest remorari damnationem (*i. q. mora*). CIC. de orat. 2, 202 qui timor! quae -o, quanta haesitatio tractusque verborum! epist. 4, 7, 3 quod -em adferret ei. CAES. Gall. 7, 40, 1 nulla interposita -e legiones ... educit. SALL. Iug. 30, 3 inter -em et moras senatus. **sine -e**: GLOSS. ἄνευ διϲταγμοῦ sine cunctatione sine -e. CIC. Pis. 6 sine ulla -e iuravi rem publicam ... mea unius opera esse salvam (50 quam provinciam ... interposita religione sine ulla -e deposuit. Phil. 14, 1 si ... D. Brutum egressum iam Mutina esse cognossem ... redeundum ad pristinum vestitum sine ulla -e censerem. Att. 13, 25, 1 conficies ... sine ulla -e aut retractatione. 14, 136, 5 sine ulla -e summo studio faciam. HIRT. Gall. 8, 44, 5 sine -e ulla. AVG. civ. 5, 18 p. 225, 16 D. (*Porsenna*) sine ulla -e *pacem fecit*. FIRM. math. 1, 7, 30 omnia statim (*cf. s. v.* dubito *p. 2097, 65*) sine aliqua -e genera crudelitatis exercuit. CONST. Sirmond. 1 ilico sine aliqua -e). Att. 11, 16, 3 ut ad me sine -e scribas rogo. ac. 2, 94 usque ad novem ... sine -e respondes pauca esse, in decumo insistis. VARRO ling. 8, 6 novis nominibus allatis ⟨in⟩ consuetudinem sine -e eorum declinatus statim omnis dicit populus. SEN. benef. 2, 1, 2 (*beneficium demus*) libenter, cito, sine -e. CHIRON 178. 179. 239. *v. etiam l. 32.*

3 *i. q. metus, sollicitudo* (*cf. s. v.* dubito *p. 2098, 35*, dubius *p. 2106, 2*, dubietas *p. 2073, 4*): PLANC. Cic. epist. 10, 18, 3 quae res nullam habebat -em, ... ea nunc magnam adfert sollicitudinem. CIC. Att. 12, 6, 4 te sine cura esse iussit, ut mihi quidem omnem -em tolleret. CVRT. 7, 11, 21 ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas caeli ... verum ut liquidior lux adparuit caelo, -o exempta est. FIRM. math. 6, 25, 2 facit ... suspiciosos et qui etiam in modicis rebus varia sint semper -e solliciti. ACT. Martinae (Bolland. Ian. 1) 1, 10 omnes prospicientes multo amplius consternati -e repleti sunt.

C *voluntate ad rem aliquam faciendam propensa*: CIC. off. 3, 37 in ipsa -e facinus inest, etiam si ad id non pervenerint. TAC. ann. 4, 40 at enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatus est ... sed si -e Augusti movemur *eqs.*

II *pertinet ad* **cogitationem**: **A** *cogitatione aut incerta aut ad negandum vergente*: **1** *generatim*: **a** *absolute*: SISENNA hist. 124 his tum iniect⟨us est levis scrupulus⟩ et quaedam -o (*cf.* CIC. Cluent. 76 hic tum iniectus est hominibus scrupulus et quaedam -o, quidnam esset actum *et* AVG. civ. 9, 23 p. 399, 26 D. res ipsa ita *claret*, ut ab scrupulo -is aliena sit). VARRO frg. Aug. civ. 7, 17 p. 295, 19 D. ut ... quae dixi, in -em revocem. CIC. Verr. II 2, 20 in qua (*causa*) ne tenuissima quidem -o posset esse. Cluent. 73 in ea obscuritate ac -e omnium. leg. agr. 1, 11 foedus illud habet aliquam -em. Phil. 4, 2 hanc igitur -em, quamquam nulla erat, ... senatus ... sustulit. rep. 2, 29 neque hoc inter (*cf. s. v.* dubito *p. 2102, 63*) eos ... ulla est umquam in -e versatum. fin. 5, 27 omne animal se ipsum diligere, quod ... -em non habet. Tusc. 5, 4 si modo est ulla virtus, quam -em ... sustulit. nat. deor. 1, 63 poenam ne -o quidem (*Protagorae de dis, essent necne*) effugere potuit. off. 1, 147 quae -em adferunt. epist. 3, 10, 5 suspicio quaedam et -o tua. Att. 9, 19, 4 scribe ... quid censeas; etsi iam nulla -o est. 13, 41, 2. CAES. Gall. 1, 14, 1 eo sibi minus -is dari, quod *eqs.* LIV. 25, 10, 5 Romanis Punica ... arma cognita -em exemerunt (42, 58, 4). QVINT. inst. 5, 9, 8 quae etiam si ad tollendam -em sola non sufficiunt. 5, 13, 51. decl. 332 p. 307, 17 tenuitas mea adferebat hanc ei -em. TERT. praescr. 14, 7 -em suam ostendunt, quamdiu quaerunt. MAECIAN. dig. 36, 1, 75 (73) pr. aliqua -o remanebit. VLP. dig. 21, 1, 1, 7 ne qua -o superesset. 44, 5, 1, 6 sed si post intervallum, habet -em. *nota* 45, 1, 41 pr. eum, qui 'Kalendis Ianuariis' stipulatur, si adiciat 'primis' ..., nullam habere -em palam est (*de masc. cf.* GAIVS dig. 40, 12, 9, 2 *p. 2077, 39*). 4, 4, 3, 4 movet -em, quod *eqs.* 13, 5, 18 pr. illa verba ... eandem recipiunt -em. PAPIN. dig. 48, 3, 2, 1 -em auget edictum Diocletiani. CELS. dig. 8, 6, 6, 1a plusculum -is ea res habet. POMPON. dig. 40, 1, 13 -is tollendae causa (PAPIN. dig. 17, 1, 56 pr. 50, 17, 81. VLP. dig. 19, 1, 3 pr. tollendae -is gratia. 21, 1, 1, 7). MARCELL. dig. 46, 3, 67 etsi in -em a quibusdam hoc male deducatur. TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 545, 5 simul et cetera -e liberavit. CLAVD. DON. Aen. 4, 56 quicquid -is esse potuerat, penitus removit. VEG. mil. 4, 38 *summovere*. RVFIN. Adamant. 1, 26 (*sermo*) habere ... contradictionis aut -is aliquid possit. AVG. in evang. Ioh. 37, 3 '*forsitan*' -is verbum est, quando dicitur ab homine ... cum vero dicitur a deo verbum -is, ... illa -e arguitur infidelitas. quant. anim. 15, 25 *argumentis geometricis* quod fuerit inventum ..., impudentem habeat -em (*i. de iis dubitare impudentis sit*). QVEROL. p. 50, 8 atqui ego nihil -is recepi. MART. CAP. 3, 293 horum nominum plurales declinationes carent -e. 5, 472 causativum est, quod facit -em. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 50, 17 turba quae ex -bus provenit (*gr. I 1 p. 115, 28* ἐκ τῶν ἀμφισβητουμένων). p. 183, 31 *ut* deponatis quae inter vos sunt inimicitias et -em (*gr. I 1, 4 p. 4, 1* ἀμφισβήτησιν. CONC.[S] I 2 p. 102, 1 difficultatem et ambiguitatem). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 4, 5 *v. p. 2073, 16*. GILD. Brit. 1 chron. III p. 25, 10 *Moysen* ob unius verbi -em terram desiderabilem non introiisse. BOETH. mus. 1, 1 p. 179, 11 *hoc* inter doctos quidem dubitabile est, vulgum vero ipsa quoque -o praeterit (*i. q.* ἀπορία). herm. sec. 5, 12 p. 377, 3 habet enim aliquas -es (*Aristot. p. 21a 37* ἔχει γὰρ ἀπορίας τινάς). herm. pr. 2, 12 p. 167, 19 quae autem sint -es ..., continua disputatione persequitur. 2, 13 p. 193, 7 quid igitur in his -bus est statuendum? COD. Iust. 5, 70, 7, 3 magna et inextricabilis vetustissimo iuri -o exorta est. 6, 2, 21, 4 vetustissima -o ... conquiescat. 6, 2, 22, 3 in secunda -e (*i. re, de qua quaerebatur*). *ibid.* 4 in confinio earum -um tertia exorta est. 7, 40, 1, 1c quae aliquam -em acceperunt. 4, 37, 7 veterum -e semota. 5, 11, 7, 2 utramque -em certo fini tradentes. 5, 27, 12, 1 huiusmodi -o et in alia specie ventilata est. 6, 25, 8 pr. omni -e veterum explosa. 6, 58, 13, 1 *finire*. 5, 27, 9 pr. *amputare*. 8, 21, 2 pr. veteris iuris -em decidentes (4, 38, 15, 1. 5, 51, 13 pr.). 3, 33, 13 pr. resecamus. 8, 47 (48), 10 pr. talem -em et tale vitium corrigentes sancimus. de cod. confirm. 3 nulla -e emergendo. NOVELL. Iust. 35 pr. multas -es scimus esse emersas. 143 praef. superfluam eorum -em ... resecantes.

b *c. praep.*: de: BELL. Afr. 26, 1 cum de suo adventu -o ... esset. CELS. 3, 4, 11 alia ... de diebus ipsis -o. PLIN. nat. 17, 20 nec de septentrione relinqui -o videtur. MIN. FEL. 18, 5 de providentia nulla -o est. FIRM. math. 1, 4, 14 de invento earundem cursu nulla -o est. RVFIN. hist. 3, 3, 5 licet sciam apud Latinos de epistula ... haberi -em (ἀντιλέγεσθαι. *v. s. v.* dubiosus). 3, 25, 2 de quibus nulla ... extitit -o ... de quibus a nonnullis dubitatum est (καὶ ταῦτα μὲν ἐν ὁμολογουμένοις· τῶν δ' ἀντιλεγομένων *eqs.*). AVG. civ. 11, 28 p. 502, 18 D. de quorum fide cur nulla debeat esse -o. 21, 7 p. 502, 11 tamquam nulla de illis sit in mea cogitatione -o. POMP. gramm. V 211, 29. COD. Theod. 5, 18, 1, 3. LEO M. epist. 114, 1 nulla ... de ... Christi incarnatione -o (ἀμφιβολία). BOETH. herm. sec. 5, 11 p. 376, 23. COD. Iust. 1, 14, 11. 5, 27, 11, 4. 7, 33, 12, 2. 6, 20, 19, 2 de collatione dotis multa -o orta est. NOVELL. Iust. 112, 1 ut iam nulla de his in iudiciis -o generetur (περὶ τούτων ... ἀμφισβήτησιν τίκτεσθαι). *adde* GAIVS dig. 35, 2, 73, 1 magna -o fuit de his ... an ... detrahatur. PRISC. gramm. III 467, 27 de quibus non est -o, quod pronomina sunt. super: COD. Theod. 15, 1, 41 si qua super huiusmodi locis fuerit orta -o. COD. Iust. 4, 21, 19 pr. 5, 49, 1, 1. 12, 37, 16, 1[c] si qua ... inter actuarium et militem super pactione ... emerserit -o. pro: COD. Iust. 5, 37, 28, 4 omnem -em pro defensione pupillorum ... penitus amputantes. 8, 33, 3, 5a. circa: COD. Iust. 7, 7, 1, 3 ne circa peculium servi aliqua fuerit -o. in: (CIC. Cluent. 20 neque in causa ulla -o poterat esse. fin. 5, 64 -o in re nulla erat. PLIN. nat. 11, 267 nisi si et in his ferenda -o est). MARCELL. dig. 46, 3, 67 in nummis

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

minor vel prope nulla -o est. PAVL. dig. 41, 8, 4 si in nomine erit -o. COD. Iust. 5, 70, 7, 2 in paterna hereditate ... nulla est iuris veterum -o. 3, 28, 37 pr. in quibus -es exortas sopiri necesse est. *adde* GAIVS dig. 46, 1, 70, 2 nobis in eo videtur -o esse, usus fructus pars rei sit an proprium quiddam. COD. Iust. 8, 47 (48), 10 pr. in adoptivis filiis ... incidit quaedam -o, si oportet *eqs.*

c *c. gen. obi.*: CIC. Verr. II 3, 70 -o damnationis ... quae poterat esse? 178 alia res ... *tollit* omnem -em superioris criminis. Caecin. 9 iuris (PAVL. dig. 50, 17, 85, 2. Cod. Iust. 5, 34, 7). Phil. 5, 31 *legatorum* exspectatio -em belli adfert. bello autem dubio quod potest studium esse dilectus? Tusc. 4, 77 ira ... -em insaniae non habet. CAES. Gall. 5, 48, 10 quae res omnem -em adventus legionum expulit. SEN. epist. 101, 8 nihil est miserius -e venientium (*i. rerum futurarum*), quorsus evadant. QVINT. inst. 1, 10, 28 -em huius utilitatis eximere. 3, 8, 34 nec umquam incidet -o rei, quae undique secundum nos sit. CLAVD. DON. Aen. 6, 720. COD. Theod. 11, 30, 39 causis controversiae alicuius -e pendentibus. NOVELL. Iust. 112, 1 res aliquas, de quibus dominii -o vertitur (*περὶ ὧν δεσποτείας ἀμφισβήτησις κινεῖται*). GREG. M. moral. 14, 72 omnis -o verae resurrectionis aufertur.

d *seq. enunt. interr.*: VARRO ling. 10, 32 imperandi declinatus sintne, habet -em et eorum sitne haec ratio (CIC. epist. 3, 5, 3 itinerum meorum ratio te nonnullam in -em videtur adducere, visurusne me sis). RHET. Her. 1, 6, 10 -e utemur, quid potissimum dicamus. CIC. Cluent. 76 *v. p. 2075, 83.* off. 3, 18 -o accidit, quale sit id, de quo consideretur. 3, 9 de quo alterum potest habere -em, adhibendumne fuerit hoc genus ... an plane omittendum; alterum dubitari non potest, quin *eqs.* 15, 21, 1 nullam apud me reliquisti -em, quantum me amares. LIV. 44, 7, 6 -e omnibus exempta, quid ... patiendum fuisset. SEN. dial. 9, 1, 9 tacitus morsu subit et -o, numquid illa meliora sint. epist. 101, 8 *et* QVINT. inst. 3, 8, 34 *v. sub c.* 11, 2, 44 nata -o est, ad verbum sit ediscendum dicturis an ... satis sit (*i. q.* *ζήτημα*; *cf. l. 39 sqq. et s. v.* dubito *p. 2086, 24*). decl. 332 p. 307, 13 paupertas adfert aliquid -is, fide an utilitatibus amet. ALF. dig. 50, 16, 203. VLP. dig. 40, 4, 13 pr. illud habebit -em an ... ad libertatem perveniat (45, 1, 75, 4 illud -em recipit, ... an ... videatur. GAIVS dig. 35, 2, 73, 1. *nota* 23, 2, 46 illud -is est, an (VLP. dig. 38, 17, 2, 37 an ... debeat, -is esse potest. PAVL. dig. 45, 1, 91, 6 -is est)). GAIVS dig. 7, 1, 56 unde sequens -o est, quousque tuendi essent ... municipes. 40, 12, 9, 2 is habebit sequentem -em, utrum ... nullius erit an *eqs.* (*de masc. cf.* VLP. dig. 45, 1, 41 pr. *p. 2076, 19*). 46, 1, 70, 2 *v. supra l. 4.* inst. 3, 184 magnam recipit -em, utrum ... an *eqs.* PAVL. dig. 46, 1, 71 pr. iusta -o est, utrum alter quoque liberatus est ... an *eqs.* PANEG. 3 (11), 10, 4. MART. CAP. 3, 305. COD. Iust. 5, 4, 25, 2 aliam -em ex hoc emergere, si hoc ... obtinendum est. 8, 47 (48), 10 pr. in adoptivis filiis ... incidit quaedam -o, si oportet. 6, 2, 22, 1b ea satis increbuit -o ... an debeat ... manere vel ... reverti. *ibid.* 3 alia -o incidit veteribus, utrumne ... consequatur an *eqs.* 8, 53, 36, 2 si aliqua -o orta fuerit, utrum ... an ... expensa est.

e *seq.* quin (*voce -is non negata p. 2077, 71*): CIC. Caecin. 90 ut ... nulla -o sit ..., quin secundum nos iudicetis, exoritur ... defensio. (*de futuro* '*iudicaturi sitis*', *quod exspectes, cf. s. v.* dubito *p. 2100, 47*). off. 2, 17 hic locus nihil habet -is, quin homines plurimum hominibus et prosint et obsint. inv. 2, 120 nihil esse -is, quin heres, quae ipse vellet, daret. LIV. 35, 50, 2 nulla nec disceptatio nec -o fuit, quin. QVINT. decl. 320 p. 256, 18 neque enim veniet in -em, quin amiserimus aliquid. POMPON. dig. 34, 3, 2, 1. 40, 4, 4 pr. si quis ita scripserit ..., nulla -o est, quin debeantur (*antecedente enunt. condic. etiam* AFRIC. dig. 16, 1, 19, 3. VENVL. dig. 48, 8, 25, 5: VLP. dig. 18, 1, 9, 1. 37, 1, 3, 7. 41, 2, 10, 2. 50, 1, 2, 5. PAVL. dig. 27, 9, 2 quodsi a fisco emerit, nec -o est, quin ius pignoris salvum sit. 29, 1, 38, 1. *cf. p. 2078, 16 et s. v.* dubito *p. 2101, 4*). GAIVS inst. 4, 153. dig. 19, 2, 25, 2 certe quin liceat ..., nulla -o est (VLP. dig. 33, 9, 3, 11 vasa quoque penuaria quin contineantur, nulla -o est. 50, 1, 2, 5 ipse quidem quin sit obstrictus, nulla -o est (*cf. infra l. 67, p. 2100, 68*)). quod: PAVL. dig. 34, 5, 20 (21) nulla -o est, quod ... debeatur. HIER. epist. 78, 9, 2 quod ... vocet, nulla -o est. AVG. civ. 9, 3 p. 370, 23 D. num est in his verbis ulla -o, quod ... dixit? PRISC. gramm. III 467, 27 de quibus non est -o, quod pronomina sunt. FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 17 de quibus nulla est -o, quod igne punientur aeterno. *nota vocem dubitandi non negatam* (*cf. s. v.* dubito *p. 2088, 47*) CIC. nat. deor. 2, 158 nisi forte tanta ubertas ... -em adfert, quin hominibus solis ea natura donaverit. LIV. 34, 37, 6 Romanis -em, quin bellandum esset, exemerunt.

f *c. acc. c. inf.*: PLIN. nat. 2, 52 nulla amplius *relinquitur* -o superari magnitudinem terrae. QVINT. inst. 7, 1, 48 hoc ... factum extra -em est. VLP. dig. (*16[ies]*, *semper acc. c. inf. antecedente, ex gr.*) 1, 10, 1, 2 consules apud se servos suos manumittere posse nulla -o est. 7, 4, 3, 3 morte quoque amitti usum fructum non recipit -em. TERT. adv. Marc. 4, 37 p. 548, 15 de homine agi nulla -o est. FIRM. math. 8, 12, 2 EPIST. impp. de Asia (Bruns fontes[7] p. 270) I 10. CONSENT. gramm. V 351, 19. COD. Theod. 2, 12, 1. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 30, 7. COD. Iust. 2, 12 (13), 23. 5, 12, 11. 5, 16, 15, 1. 6, 9, 3. 6, 42, 22. 6, 56, 1.

g sine -e **α** *i. q. sine dubio*: GLOSS. *ἄνευ ἀμφισβητήσεως* sine controversia sine -e. CIC. Verr. II 3, 30 poenam octupli sine ulla -e commissam (*i. non dubium est, quin commissa sit.* II 4, 39 usque eo commotus est, ut sine ulla -e insanire omnibus ac furere videretur. Catil. 4, 5 sine ulla -e a vobis damnati esse *videntur*. har. resp. 56 sine ulla -e deterrimus. ac. frg. 22 cum M. Varrone, homine omnium facile acutissimo et sine ulla -e doctissimo. epist. 1, 5b, 2 quod sine ulla -e faciet. VELL. 2, 122, 1 VAL. MAX. 8, 1 absol. 8 POMPON. dig. 26, 7, 61. 33, 7, 15, 2 villa sine ulla -e pars fundi habetur. MARCIAN. dig. 48, 2, 13. 48, 4, 7 pr. AVG. civ. 6, 1 p. 245, 9 D. *aeterna vita* terrenis omnibus regnis sine ulla -e vel comparatione praeferenda est. BOETH. arithm. 1, 20 p. 43, 5. 2, 33 p. 129, 15 COD. Iust. 7, 17, 1, 2. ARNOB. nat. 4, 27 sine ullis -bus. BOETH. arithm. 1, 11 p. 25, 14 sine aliqua -e. 2, 19 p. 103, 24 herm. sec. 4, 10 p. 298, 6. COD. Iust. 8, 33, 3, 4a sine omni -e. *antecedit enunt. condic.* (*cf. p. 2077, 58*) GAIVS dig. 13, 6, 18 pr. si ..., sine ulla -e ... debet. 27, 3, 14. VLP. dig. 21, 1, 17, 3 COD. Iust. 8, 44, 18 (*a. 293*) BOETH. herm. pr. 1, 5 p. 74, 4 sec. 4, 10 p. 298, 6.) VITR. 6, 1, 5 sine -e animadvertemus (6, 8, 1 ea erunt sine -e firma. COLVM. 1 praef. 4 *res rustica* sine -e proxima ... sapientiae est. QVINT. decl. 280 p. 143, 12 POMPON. dig. 40, 4, 46 MARCIAN. dig. 49, 14, 32 COD. Iust. 9, 9, 18 pr. (*a. 258*) eum qui duas simul habuit uxores sine -e comitatur infamia. FIRM. math. 3, 3, 22. 6, 35, 7. 7, 6, 2. 7, 25, 22 HIL. ad Const. 1, 2. AVG. civ. 5, 14 p. 218, 20 D. *laudis amori* melius resistitur sine -e quam ceditur. c. Iul. op. imperf. 1, 126. 1, 130. 3, 12. 4, 116 MARCELL. med. 8, 57 lippitudo ... sine -e depelletur, si *eqs.* 9, 85. 29, 10 EPIST. imp. Theod. Leo M. epist. 63 ex quibus sine -e manifestum est (*ἀναμφιβόλως πεφανέρωται*). EVGRAPH. *v. l. 35* CLAVD. MAM. anim. p. 45, 2. 58, 17 ENNOD. epist. 3, 1, 1. 5, 13, 3. 5, 24, 2 sine -e noveritis. 7, 14, 2 p. 182, 12 bonorum sine -e meritorum. COD. Iust. 12, 33, 5 pr. (*a. 524*) ut in eo quod optaverint ... maneant, eo quod despexerint sine -e repellantur. GREG. M. moral. 1, 28 *saepe*). PS. HIL. c. Aux. 13, 6 absque -e aliqua. VVLG. Ruth 3, 13 ego te absque ulla -e suscipiam (*i. ne dubitaveris; certo*). CASSIOD. in psalm. 120, 4 absque -e. EVGRAPH. Ter. Phorm. 854 'sine controversia': nulla (*β*, sine *α*) -e (*cf.* AVG. serm. 52, 1 *infra l. 78 et* serm. ed. Mai 133, 1 nullo dubio).

β *i. q. ita, ut nemo amplius dubitet*: CIC. Font. 21 sine ulla -e credendum *est* ((*i. credendum neque dubitandum est; sine cuiusquam -e*). AVG. lib. arb. 3, 21, 60 sine ulla -e credenda sunt. enchir. 4 eis sine ulla -e credenda sunt testibus. BOETH. arithm. 1, 1 p. 11, 22 sine ulla -e monstrabit). har. resp. 11 si id facere vere ac sine cuiusquam -e potero. CLAVD. DON. Aen. 7, 490 *exposuit* causam, qua illud fieri potuisse sine -e monstraret. 11, 275 qui aliquid ... sceleris admiserit, ... sperat sine -e supplicium (*i. neque dubitat*). AVG. civ. 17, 5 p. 212, 9 D. intellegitur officio ... suo sine -e propheta (*intellegimus eum prophetam esse neque dubitamus*). 22, 8 p. 567, 6 non tanta ea commendat auctoritas, ut sine difficultate vel -e credantur. BOETH. mus. 5, 15 p. 364, 16 error sine -e convincitur.

2 *in sermone philos. Acad. i. q.* *ἐποχή* (*cf. s. v.* dubito *p. 2085, 19*): CIC. Att. 6, 9, 3 *ἐπέχειν* te scribebas. quid erat -e dignum? MIN. FEL. 13, 3 Arcesilae ... in summis quaestionibus tuta -o. AVG. civ. 6, 2 p. 247, 14 D. pro Academicorum -e. 19, 1 p. 349, 23 *veterum Academicorum* sectam ... -e ... carere. 19, 18.

3 *f. i. q. interrogatio dubitans* (*cf. s. v.* dubito *p. 2086, 47*): QVINT. inst. 6, 3, 71 stulte interrogaverat exeuntem de theatro ..., an spectasset. fecit ... -em eius stultiorem dicendo: 'non, sed in orchestra pila lusi'. COD. Iust. 7, 71, 8, 1 in tali -e minime putamus esse ambiguum, quod sentimus (*antecedit*: quotidie dubitabatur, ... qui audiendi sunt). *f. i. q. disputatio, inquisitio* (*cf. s. v.* dubito *p. 2085, 60*): CIC. de orat. 2, 78 quaestionem (*appellant*) rem positam in infinita -e. 2, 134 id quod in iudicium venit, (*non*) reorum personis, *sed* generum ipsorum universa -e *quaeritur*.

B *de cogitatione ad adfirmandum vergente* (*cf. s. v.* dubito *p. 2092, 83*): SEN. contr. 1, 2, 20 ne qua posset esse vobis -o, ... an pura esset, an integra. PLIN. nat. 2, 95 ad -em est adductus, anne hoc saepius fieret. VLP. dig. 27, 3, 16 pr. erit -o, an ... nec ex stipulatu agi possit. 27, 9, 7, 1 nonnulla erit -o, an alienatio possit impediri.

III *i. q. ambiguitas* (*cf. s. v.* dubietas *p. 2072, 66*): PRISC. gramm. II 522, 5 (*verbi* '*sido*') praeteritum in usu non est -is vel alternitatis causa.

IV *ad stilum et grammaticam pertinentia*: **A** *iuncturae nominales* (*hic illic abundare videtur* -o): ARNOB. nat. 1, 42 re certa et sine ullius seriae (rei *codd.*) -is ambiguo. FIRM. math. 2, 20, 14 trepidatio -is. err. 28, 4 omnem -em trepidationis. AVG. civ. 9, 23 p. 399, 26 D. res ipsa ita *claret*, ut ab scrupulo -is aliena sit (serm. 52, 1 evidenter enim nec ullo -is scrupulo commendatur haec trinitas). 11, 13 p. 479, 31 in deo se ... esse mansurum *nulla* -e *cunctatur* (*i. dubitat*). gen. ad litt. 8, 16 p. 256, 13 sine ullo aestu -is. COD. Theod. 9, 42, 12 sine -is obstaculo. BOETH. arithm. 2, 9 p. 94, 22 sine ullius -is erroribus. mus. 2, 15 p. 246, 12 nullo -is errore.

B *iuncturae verbales*: **-em:** accipere: COD. Iust. 7, 40, 1, 1c. adferre: CIC. Phil. 5, 31 off. 1, 147 Att. 3, 7, 3 QVINT. decl. 332 p. 307,

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(III) **quia:** AVG. c. Iul. 6, 10, 29 nec nos -amus, quia baptismate delictum omne mundetur. AMBROSIAST. in I Cor. 3, 17 quis hic -et, quia spiritum sanctum deum significavit? CONC.S I 5 p. 269, 22 quia ... est ..., quomodo quispiam poterit -are? (*gr. I 1, 6 p. 129, 26* ὅτι ... ἐστίν ..., πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; p. 155, 29 quod ... sit ... nemo possit ambigere). I 3 vers. Tur. p. 156, 36. LEO M. serm. 30, 7 non -andum est, quia praeter Christum non est aliud nomen ... datum hominibus. CASSIOD. Didym. in I Ioh. 4, 15 p. 73, 14 Z. -andum non est apud fideles, quia Iesus filius dei sit.

β verbo -andi non negato: AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 657, 10 quod homo futurus sit angelus, -at homo. *ibid.* l. 11 -as te accipere quod petis ...? DRAC. Orest. 490 sed -o, quia iusta peto. [*non huc pertinent, sensu nimirum negativo*: OV. Pont. 3, 3, 95 si -em, faveas quin his o Maxime dictis, Memnonio cycnos esse colore putem. AVG. c. Cresc. 1, 33, 39 si autem -as, quod ecclesiam ... sancta scriptura commendat. epist. 54, 5, 6 et hinc, quin ita faciendum sit, -are ... insaniae est. *plus admirationis est in* CIC. nat. deor. 2, 158 *et* LIV. 34, 37, 6; *v. s. v.* dubitatio *p. 2077, 71*].

b *c. enuntiato interrogativo*: *α verbo* -andi *non negato*: **-ne:** CIC. fin. 5, 85 alterum fortasse -abunt, sitne tantum in virtute, ut ...; alterum non -abunt, quin *eqs.* FRONTO p. 193, 24 N. quid est cur -es, ... sitne decurio, qui scriba fuerit? **an:** OV. met. 6, 208 an dea sim, -or (*i. negat me deam esse*). LIV. 7, 6, 3 Curtium ... castigasse ferunt -antes, an ullum magis Romanum bonum quam virtus armaque esset (*i.* '*putantes aliquod esse*' *vel* '*quid -atis quin nullum sit*'). CELS. 8, 4, 2 potest etiam -ari, an os fractum sit. SEN. contr. 1, 2, 12 si quis -abat, an meretrix esset, audiat, quam blanda sit. 1, 2, 14 de qua -ari potest, an virgo sit. CVRT. 5, 8, 7 magis (*cf.* LIV. 36, 41, 2 *p. 2091, 74*) etiam coniti debeo, ut dignus talibus amicis sim, quam -are, an vestri similes adhuc sitis. 7, 7, 18 an permissuri sint mihi Macedones animo uti meo, -o. 9, 2, 10 interdum -abat, an Macedones ... secuturi essent. SEN. epist. 9, 19 -are illum coegit, an vicisset. PLIN. nat. 15, 90 *amygdala* an fuerit in Italia Catonis aetate, -atur. 24, 65 -o an haec sit quam Graeci auctores sparton appellavere ... et numquid hanc designaverit Homerus. QVINT. inst. 1, 5, 39 ex quo genere an sit 'igitur' ..., -ari potest, quia maximos auctores in diversa fuisse opinione video. 4, 2, 97 quod in foro an possit accidere -o. 9, 3, 65 an figura sit -o. PLIN. epist. 3, 9, 17 adeo grave visum est, quod initio -abatur, an omnino crimen esset. 9, 2, 5 habes ... iustam excusationem, quam tamen -o an tibi probari velim. GELL. 1, 24, 3 epigramma Plauti, quod -assemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum esset. TERT. praescr. 8, 3 cum ... -aretur apud omnes, an Christus esset. CELS. dig. 28, 1, 27 -are, an aliquis iure testis adhibitus est. AFRIC. dig. 29, 2, 51, 1 -atum est, an recte adisset. CLEM. dig. 23, 3, 61, 1 -ari ... potest, an hoc verum sit. SCAEV. dig. 35, 1, 109 GAIVS dig. 30, 69, 5 MARCELL. dig. 24, 3, 57 quod an verum sit ..., -o. VLP. dig. 5, 2, 8, 4 PAVL. dig. 46, 5, 2, 2 COD. Theod. 1, 6, 9

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 315, 29. *alia*: PLIN. nat. 24, 65 numquid *v. p. 2088, 70.* VLP. coll. Mos. 7, 3, 2 Pomponius -at, num haec lex sit in usu. FRONTO p. 196, 5 N. sin repudium dare ... possit, id -o. BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 197, 11 (= sec. 6, 13 p. 444, 26) -abit autem aliquis, si illud, quod est necessarium esse, possibile esse sequitur (*ἀπορήσειεν δ' ἄν τις, εἰ τῷ ἀναγκαῖον εἶναι τὸ δυνατὸν εἶναι ἕπεται*). AVELL. p. 94, 6 quae utrum vera sint, -amus. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 28, 17 illud -avit, utrum primi intellectus imaginationes quaedam essent. 2, 7 p. 170, 10. GREG. M. moral. 11, 18 utrum haec divinitus videantur, fortasse -atur. dial. 4, 1 p. 317[D] -ant, utrumne sit, quod corporalibus oculis non vident (*ἐν δυσπιστίᾳ εἰσίν, μὴ νομίζοντες ὑπάρχειν ἐκεῖνα*).

β verbo -andi *negato*: **an** (*ita ut pro* ʻanʼ *possit* ʻquinʼ *poni; cf. p. 2083, 67 et s. v.* dubius *p. 2113, 18. 67*): SEN. contr. 7, 3 (18), 5 ne quis -et, an alium possit occidere (*i.* ʻ*ne quis putet eum non posse*ʼ *vel* ʻ*ne quis -et quin possit*ʼ; *cf.* LIV. 7, 6, 3 *p. 2088, 60*). suas. 2, 11 primam partem sic transit, quasi nemo -aret, an turpe esset fugere. SEN. dial. 2, 6, 3 non est quod -es, an attollere se homo natus supra humana possit. 10, 6, 2 *v. p. 2093, 9.* epist. 67, 9 -as ergo, an optimum sit memorabilem mori et in aliquo opere virtutis? 117, 8 adeo non potest -ari, an, quale illud sit, tale hoc sit. LVCAN. 8, 523 tene mihi -as an sit violare necesse? MART. 8, 63, 3 i nunc et -a, vates an diligat. QVINT. decl. 252 p. 31, 7 an maleficium sit ... neminem -aturum arbitror. 254 p. 41, 29 nemo -abit, an indicaverit. Ps. QVINT. decl. 6, 20. CYPR. hab. virg. 5 p. 191, 7 nemo ... -et an virgo sit. Ps. PROSP. vocat. gent. 2, 7 quae causa -andi est, an omnium nobis virtutum germen ex deo sit? SEDVL. carm. pasch. 4, 280 *v. p. 2090, 62.* *alia*: TERT. bapt. 3 p. 203, 20 non esse -andum, si materiam ... deus ... parere fecit. PROSP. c. coll. 2, 1 quia, utrum ita se habeant, non potest -ari. *α et β coniuncta* SEN. epist. 76, 12 non -as, an hoc sit bonum, -as, an solum bonum sit. 106, 5.

c *absolute*: CIC. Tusc. 1, 40 num igitur -amus (*v. p. 2085, 46*)? 5, 12 *Bruti* iudicium ... longe antepono tuo :: non -o. OV. epist. 17, 74 si -as, caecum, Cynthia, lumen habes. SEN. contr. 1, 2, 4 virgo sum; interroga, si -as, archipiratam. SEN. Oed. 1010 quid te vocem? natumne? -as? natus es: natum pudet? Phoen. 646 regnabit. est haec poena. si -as, avo patrique crede. PLIN. nat. 12, 108 sphagnos ... fertur et in Aegypto nasci ... nec -averim. MART. 11, 70, 11 luxuria est emere hos — quis enim -atve negatve? QVINT. inst. 3, 8, 24 APVL. met. 1, 5 nec vos ulterius -abitis. MARCELL. dig. 35, 2, 56 pr. plerique putant ... ego -o. MARCIAN. dig. 26, 8, 15 FIRM. math. 1, 5, 5 si -at. AVG. civ. 16, 26 p. 168, 19 D. verba ... illa ... non sunt -antis, sed admirantis. 16, 31 p. 175, 8. *nota* ʻnullo -ante *est*ʼ *pro* ʻnemo -at quin *sit*ʼ: AVG. civ. 10, 25 p. 441, 32 D. nullo itaque -ante ... omnes inmortales beati plus nobis favent ..., *si* ... quam si (*cf.* 22, 29 p. 626, 10 corde suo ... se dixit hoc vidisse propheta, adiuto ... nullo -ante divinitus. *v. s. v.* dubius *p. 2123, 12*). doctr. Christ. 4, 18, 36 quae nulla sobria mente -ante ... magna sunt. IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 27, 20 aedificia ... quae compositione constant, nullo -ante solvuntur. p. 37, 26 cum nullo -ante pater et filius et spiritus sanctus sit trinitas. p. 38, 7 pater ... nullo -ante in filio habitat. *cf. p. 2096, 46.*

d *c. praep., saepe f. i. q. diffidere*: de: CIC. Quinct. 99 de cuius officio nemo umquam -avit. Verr. II 1, 17 ne quis de mea fide atque integritate -aret. 3, 143 is possitne de istius improbitate -are? Planc. 13 de virtute tua -avi. Q. CIC. pet. 35 POMP. Cic. Att. 8, 12d, 1 CIC. epist. 3, 10, 5 neque enim de meo erga te studio -are debes ... sed tamen significatur in tuis litteris suspicio quaedam et dubitatio tua. BRVT. Cic. epist. 11, 2, 1 de te si -emus aut vereamur. MAT. Cic. epist. 11, 28, 1 CAES. Gall. 7, 77, 10 an de eorum fide constantiaque -atis? 1, 40, 5 se cum sola decima legione iturum, de qua non -aret. PROP. 2, 20, 14 LIV. 7, 13, 7 ORAT. imp. Tib. Suet. Tib. 67, 4 SEN. contr. 1, 3, 4 si quis -abat de deiecta, veniat et sibi ipse credat. CVRT. 5, 6, 9 aut de aliis quoque -abimus aut (*hoc*) credemus. 7, 8, 29 nec tibi amico opus est, de cuius benivolentia -es. SEN. benef. 6, 27, 6 dial. 1, 1, 4 non -as de providentia sed quereris. epist. 83, 18 extende in plures dies illum ebrii habitum: numquid de furore -abis? PLIN. nat. 11, 57 et de his video -ari. QVINT. inst. 10, 5, 4 conversio multum et ipsa contulerit. ac de carminibus quidem neminem credo -are. decl. 254 p. 43, 19 si manifesta detulisset, si ea, de quibus -are nemo nostrum posset. 280 p. 144, 9 non de uxore diffido, non de animo illius -o. TAC. hist. 2, 68 ann. 13, 20 nihil -atum de fide praefecti. CYPR. domin. orat. 34 ut omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de emundandis gentibus ante -aret. HIER. epist. 54, 6, 1 non -ans de proposito tuo (*i. e. non quo -arem*). AVG. civ. 15, 23 p. 108, 14 D. trin. 9, 1 de credendis nulla infidelitate -emus. COD. Theod. 11, 20, 4, 1 MEROB. pros. frg. 2 B 6 LEO M. epist. 106, 3 nec potest de eorum contradictione -ari (*ἀλλ' οὐδὲ ἀμφιβάλλεται ἀντιβῆναι αὐτούς*). EPIST. imp. Marcian. Leo M. epist. 76 de studio nostro ... sanctitas tua non -at (*περὶ τῆς σπουδῆς ... οὐκ ἀμφιβάλλει*). *alia*: PROC. dig. 8, 2, 13 pr. pro ea re *v. p. 2088, 1.* SCAEV. dig. 32, 39, 1 super hoc nec -andum esse, quin fideicommissum valet. AVG. civ. 21, 7 p. 503, 4 D. ut hinc -are non possim (quant. anim. 12, 21 hinc -are incredibilis dementia est. mus. 1, 8, 14 quis hinc -averit? c. Pelag. 4, 8, 23 neque ... inde -abat, utrum nascentes traherent originale peccatum (absit enim, ut hinc aliquando fides Christiana -et), sed ille -abat, utrum *eqs.*). AVG. conf. 7, 10, 16 non erat prorsus, unde -arem. GREG. M. moral. 14, 76 unde possit mens nostra -are? SVLP. SEV. dial. 2, 13, 7 in operibus Martini infirmitas humana -avit. COD. Iust. 6, 22, 10, 4 in eo, cui morbus auditum abstulit, nec -ari potest, quin ... possit. *adde* CIC. Att. 10, 4, 8 de Hispaniis non -abat, quin Caesaris essent *sim. sub a et f.*

e *c. obiecto simplici*: *α pron.* (*c. obi. q. d. interiore*: CIC. epist. 6, 6, 2 de cuius incolumitate non plus -em quam ... de mea (*sed* 13, 27, 2. de orat. 3, 131 LIV. 33, 22, 5 magis). SEN. suas. 6, 18 nihil de animo Ciceronis -avit, quin fortiter se morti ... obtulerit. *cf. l. 37*): CIC. Font. 23 an id in testimoniis hominum barbarorum -abitis, quod persaepe ... iudices de clarissimis ... viris ... -andum non putaverunt? Pis. 66 haec (*V*; de hoc *ω*) non -o. Mil. 43 quam hoc non credibile est in hoc, quam idem in Clodio non -andum! leg. 1, 3 erit his in locis quercus, quam Marianam quercum vocabunt :: non -o id quidem (*cf.* Tusc. 5, 12 *sub c*). nat. deor. 2, 4 quod qui -et. div. 1, 119 quod ne -are possimus, maximo est argumento *eqs.* off. 1, 161. 3, 77 haec non turpe est -are philosophos, quae ne rustici quidem -ent? epist. 13, 10, 4 quantum et ipse sperarit nec ego -arim. 13, 55, 2 ut ... intellegat te et sibi amicum esse, quod non -at (15, 17, 3 id quod tu nuper -are coepisti. NEP. Hann. 1, 1 si verum est, quod nemo -at. PLIN. nat. 9, 25 ipse quoque, quod nemo -aret, desiderio exspiravit. 30, 12. FVLG. RVSP. praedest. 3, 1. c. Fab. frg. 28 p. 788[D]. OV. trist. 2, 331 forsan — et hoc -em — numeris levioribus aptus sim satis). OV. epist. 16, 37 met. 6, 194 hoc quoque quis -et? COLVM. 3, 3, 1 id adeo plurimi -*ant*, ut multi refugiant ... talem positionem ruris (QVINT. inst. 2, 17, 2 quod adeo ... nemo -avit, ut ...). PLIN. epist. 3, 9, 17 quod initio -abatur, an omnino crimen esset. TERT. resurr. 39 p. 82, 25 paenit. 8, 1 LACT. inst. 1, 8, 8 AVG. civ. 3, 6 p. 102, 24 D. (*de parricidio Romuli*:) quod multi impudentia negant, multi pudore -ant, multi dolore dissimulant. *adde exempla passivi impersonalis cum praep.* de: CIC. Balb. 44 de eo numquam omnino esse -atum. Marcell. 34 quam diu est de illius salute -atum. SEN. contr. 7, 7 (22), 5 ne quid de dignitate -ari possit. COLVM. 3, 6, 4 nihil -andum est de fecunditate. TERT. apol. 48, 7 -abitur, credo, de Dei viribus *et* COLVM. 2, 13, 1 de lupino nihil -o *sim. sub d.* CIC. Cluent. 48 illud quis est qui -et, quin *simil. sub a.* PERS. 5, 45 non equidem hoc -es amborum foedere certo consentire dies *simil. sub f.*

β subst.: *passive* (*cf. etiam sub g*) *rei*: EPICED. Drusi 84 nec -atus amor. STAT. silv. 1, 4, 3 -ataque sidera cernit (*sc. aegrotus solem se visurum esse iam non sperabat.* AVSON. 323, 14 -ataque cernam sidera). TERT. apol. 20, 1 -atur antiquitas (*scripturarum*). nat. 2, 2 p. 96, 13 extant testimonia tam ignoratae quam -atae inter philosophos divinitatis. scorp. 4 p. 152, 19 martyriis non modo non -andis verum etiam sustinendis. FVLG. aet. mund. p. 165, 14 *Alexander* indubitanter pugnam insperatam arripuit et insperato victoriam -atam invenit. p. 175, 10 Saduceus resurgere mortuos -at et Phariseus -ata certus adseverat. *personae*: OV. met. 2, 20 intravit -ati tecta parentis. 6, 208 an dea sim, -or. PONT. 2, 4, 2 Attice, iudicio non -ande meo. TAC. ann. 14, 7 hactenus adito discrimine, ⟨ne⟩ auctor -aret⟨ur⟩. TERT. nat. 2, 1 p. 95, 7 dignius multo neminem credam quam -andum (*deum*). *active*: *rei*: MACR. Sat. 2, 5, 3 *Augustus* -are pudicitiam (*P*; de p. *B*) filiae erubescebat. ARATOR act. 1, 385 quis -are queat mysteria (per mystica *Cantabr.*) dogmatis, unum personas tres esse deum? *cf.* COMPVT. cod. Col. *p. 2092, 54.* *personae* (*per prolepsin; cf. p. 2092, 56*): SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 12, 5 eumne quisquam -et, quin idem fecerit, quod cinaedi facere soleant? COLVM. 6, 3, 3 eosque nemo -at, quin optimi sint. SEDVL. carm. pasch. 4, 280 Christum [Christo O^1] -atis, an unum possit ab infernis hominem revocare cavernis?

f *c. acc. c. inf.* (*sequitur* CIC. *p. 2090, 70.* NEP. *l. 82.* VITR. *l. 84. al.; cf.* PLAVT. *s. v.* dubius *p. 2115, 83; nos utrum sequatur an antecedat nihil referre arbitrati exempla temporum ordine afferemus*): *α verbo -andi negato*: VARRO ling. 7, 107 multa apud poetas reliqua esse verba, quorum origines possint dici, non -o. frg. Macr. Sat. 3, 2, 8 ansis teneri solere vasa quis -et? CIC. (*cf. ad* Tusc. 1, 88 *p. 2087, 12*) fin. 3, 38 nihil est de quo minus -ari possit, quam et honesta expetenda per se et eodem modo turpia per se esse fugienda (ac. frg. 20 p. 23, 32 Pl. *apud* AVG. c. acad. 3, 20, 43 *et* oec. frg. *apud* COLVM. 12, 2, 4 *servata reddantne ipsa auctoris verba dubium.* Att. 7, 1, 3 *interpunctione mutata pro* ʻnon -at — vere enim iudicat — ea ... mihi probariʼ *nunc* ʻnon -at; vere enim iudicat ea ... mihi probariʼ *editur*). TREBON. Cic. epist. 12, 16, 2 cui nos et caritate et amore tuum officium praestaturos non debes -are (ibid. 4 illud non -o, quin). CIC. fil. Cic. epist. 16, 21, 2 gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores adferuntur, non -o (ibid. 7 noli -are, quin). LVCR. 5, 249 neque umorem -avi aurasque perire. BELL. Alex. 7, 3 aptissimum esse hoc genus ad proditionem -are nemo potest. NEP. praef. 1 non -o fore plerosque. Milt. 3 non -ans ... ad regis aures consilia sua perventura. Alcib. 9, 5 Ages. 3, 1. 3, 4 Eum. 2, 3 Lys. 3, 5 quam ille se habiturum ... non -arat. VITR. 9 praef. 7

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Pythagoras . . . non -ans a Musis se in ea inventione monitum. Liv. 1, 23, 7 nec te -o eadem prae te ferre. 5, 3, 4 an est quisquam, qui -et nullis iniuriis vestris . . . tribunos plebis . . . concitatos esse? 33, 28, 9 alii non -are impudenter obviam crimini eundo suspicionem averti. 35, 27, 14 quem peti locum ab Achaeis non -abat. 37, 26, 7 et hos . . . non -abat . . . classem ab Samo moturos. Val. Max. 8, 12 pr. suae artis unumquemque et auctorem et disputatorem optimum esse ne -emus. 9, 4, 2 en quem -es . . . iugulum quoque suum aequo animo illis fuisse praebiturum! Sen. contr. 10, 4, 8 non -o fuisse quosdam. 10, 5, 5 quod ego fabulosum esse non -o. Cvrt. 7, 1, 11. 10, 6, 22 quem (*sc. marem*) -etis paratum esse (*Perdiccam*) vel subdere? (*sc. si Roxane puellam pepererit*) Sen. clem. 1, 17, 3 dial. 11, 2, 1 potentiorem me futurum apud te non -o quam dolorem tuum. nat. 1, 3, 3 *colorum arcus caelestis* causam in humore esse ne -averis. epist. 100, 12. Colvm. 2, 9, 13. 12, 59, 5 nihil -asse me paene infinita esse, quae potuerint huic inseri materiae. Ascon. Mil. p. 39, 12 St. Pers. 5, 45 *v. p. 2090, 40.* Plin. nat. 2, 10 nec de elementis video -ari quattuor esse ea. 2, 20 anne (*deos*) tam tristi multiplicique ministerio non pollui credamus -emusne? 7, 6. 10, 5. 14, 88. 17, 87. 21, 7. 22, 128. 30, 2. 146. Epist. imp. Dom. (Corp. IX 5420) 26 quos tam salubri admonitioni paruisse non -o. Mart. 10, 89, 4 Sil. 17, 405 Qvint. inst. 1 prooem. 12. 1, 10, 12. 2, 17, 41. 3, 8, 3. 10, 1, 81. 12, 1, 11. decl. 248 p. 18, 25 de illo quis -abit non posse eum damnari? 251 p. 27, 18. 257 p. 49, 22. Ps. Qvint. decl. 6, 13 non -o fore dubium, quin ius in hac lege fuerit et mihi (*sensus aut* ⟨non⟩ fore *aut* non puto fore *postulat; sed utrum scriba an auctor peccaverit, dubium*). Frontin. aq. 74 Tac. dial. 18 hist. 2, 46 ann. 4, 70. 15, 73. Plin. epist. 6, 21, 7. 6, 27, 5. Traian. Plin. epist. 10, 9 Carm. epigr. 1552 A 38 Iavol. dig. 41, 3, 19. 41, 4, 4 pr. Svet. Nero 28, 2 Fronto p. 143, 6 N. Vervs Fronto p. 138, 10 N. Avr. Fronto p. 28, 2 N. Pompon. dig. 41, 1, 27 pr. Afric. dig. 15, 1, 38 Gaivs (*excepto* dig. 2, 4, 20 *passive, ut*) dig. 46, 2, 34, 1 Maecian. dig. 36, 4, 12 Marcell. dig. 4, 6, 41 Papin. dig. 13, 5, 25, 1 Min. Fel. 34, 2. 23, 9 Tert. praescr. 40, 8 uxor. 2, 3 idol. 10 p. 39, 23 adv. Marc. 1, 3 p. 294, 13. 5, 3 p. 576, 3 paenit. 2, 12 Cod. Iust. 5, 62, 10 (*a. 229*) exactores . . . vacationem habere -are non debuisti. Tryph. dig. 28, 2, 28, 3 Vlp. dig. 1, 6, 8 pr. 7, 9, 12. 7, 1, 17, 3. 9, 1, 17. 36, 1, 23, 1. 47, 10, 30 pr. Pavl. dig. 18, 7, 9 Marcian. dig. 36, 1, 30 (29) Mod. dig. 32, 81 pr. Ivl. Val. 1, 20 Ivst. 24, 4, 6 Paneg. 5 (8), 7, 3 Lact. inst. 5, 4, 8 Ivvenc. 2, 493 Firm. err. 1, 2 Char. gramm. I 185, 17 Pallad. 9, 8, 6 Vir. ill. 70, 3 Synod. Hil. coll. antiar. p. 126, 12 Filastr. 155, 10 Priscill. tract. 3, 68 Symm. epist. 5, 23 (22). 7, 75 Ambr. hex. 3, 3, 14 Hier. epist. 65, 16, 3 in Is. 5, 25 p. 86 V. Chiron 164 Veg. mil. 1, 3. 3, 10 Optat. 2, 12 Clavd. 20, 48 Rvfin. apol. Orig. praef. 1 p. 541 (*ibid.* non -o quod). Avg. civ. 6, 12 tit. quod nequeat -ari aeternam *deos gentiles* vitam nemini posse praestare. 8, 8 p. 333, 18 D. 12, 1 p. 512, 10. 12, 17 p. 538, 15. 12, 18 p. 539, 6. 14, 22 p. 45. 15, 7 p. 67. 17, 20 p. 247, 14. 20, 23 p. 465, 11 -are non sinitur. 20, 30 p. 486, 1. perf. iust. 21, 44 corrept. 14, 45 pecc. orig. 26, 31 pecc. mer. 1, 22, 23 anim. 3, 9, 12 Macr. exc. gramm. V 626, 19 (= 651, 13) Clavd. Don. Aen. 6, 806 Svlp. Sev. Mart. 13, 5 Pavl. Nol. carm. app. 1, 62 qui non -ant verba manere dei. Prosp. epist. 2, 5 c. coll. 2, 5 Salv. eccl. 2, 29 Mart. Cap. 8, 874 Cod. Theod. 1, 4, 2. 2, 24, 1. 6, 10, 3. 7, 18, 4 pr, Merob. pros. frg. 2 B 6 Leo M. epist. 165, 7 ut . . . ecclesia . . . hoc sibi non -aret credendum (*ὥστε τὴν ἐκκλησίαν μηδαμῶς ἀμφιβάλλειν, ὡς τοῦτο δέοι πιστεύειν*). epist. 28, 5 p. 775^{A} susceptum pro mundi salute supplicium verum fuisse non -at (*ἀληθῶς γενόμενον οὐδαμῶς ἀμφιβάλλει*). Avell. p. 21, 13 Cael. Avr. acut. 1, 13, 104 Clavd. Mam. anim. 1, 7 p. 46, 5 de tactu -ari non aestimo . . . terrae esse simillimum. 152, 3 etsi, cum eodemne (*corpore*) an sine eodem (*ad caelum*) raptus sit, haesitat, se ipsum tamen raptum esse non -at. Favst. Rei. grat. 2, 9 p. 78, 27 spir. 2, 12 p. 156, 22 Drac. laud. dei 3, 12 omnia nosse deum . . . quis -et? Alc. Avit. epist. 43 Boeth. in Porph. comm. sec. 1, 3 p. 140, 22 herm. sec. 2, 5 p. 101, 13 Evgipp. Sev. 5, 1 Martyr. gramm. VII 196, 10 in et de praepositiones esse a nemine -atur (Cassiod. *ibid.* . . . nemo -at). Fvlg. Rvsp. c. Arrian. 9 p. 219^{D} Cod. Iust. 6, 4, 3 pr. Novell. Iust. 9 pr. Cassiod. in psalm. 104, 37 Lex Burg. lib. const. 54, 3 Arator act. 1, 385 *v. p. 2090, 57* Greg. Tvr. Franc. 1 prol. p. 33, 9 A Ven. Fort. carm. 1, 12, 21 nec -ent, qui digna ferunt, sibi magna rependi. expos. orat. 19 Greg. M. moral. 15, 7 Serm. Caspari Anecd. p. 222, 12 Act. Archel. 23, 3. *nota: inf., non acc. c. inf.*: Corp. VI 8619, 11 nec -o operam insumpturum, ut talem te in eo praebeas (*cf. Konietzny Archiv 15 (1907) p. 344 § 68*).

β verbo -andi non negato: Liv. 36, 41, 2 Hannibal unus . . . magis (*cf.* Cvrt. 5, 8, 7 *p. 2088, 65*) mirari se aiebat, quod non iam in Asia essent Romani, quam venturos -are (*sed est fere idem quod* 'mirari nec -are'). Qvint. inst. 8, 3, 34 'piraticam' ut 'musicam' et 'fabricam' dici adhuc -abant mei praeceptores (vetabant *Halm. an* dici ⟨posse⟩?). Afric. dig. 29, 2, 46 quasi -et verum esse testamentum. Tert. adv. Marc. 4, 18 p. 479, 7 hoc erat Iohannis scandalum, quod -abat ipsum venisse, quem exspectabant. pudic. 9 p. 236, 12 si quis -at ethnicos fuisse publicanos. Pavl. dig. 23, 2, 14, 2 etsi -etur patrem eum esse. Arnob. nat. 5, 30 qui deos esse omnino aut negent aut -ent. Lact. inst. 6, 3, 5 ignorabant aut -abant animas hominum immortales esse. Paneg. 12 (2), 39, 5 neque . . . quae visa non fuerint -abimus facta, cum facta videamus, quae -averimus esse facienda. Avg. conf. 7, 10, 6 non erat prorsus, unde -arem, faciliusque -arem vivere me quam non esse veritatem. anim. 1, 14, 19 nescio utrum debeat -ari spiritum sanctum esse significatum. doctr. christ. prol. 5 spiritum sanctum accepisse se -et. Clavd. Don. Aen. 6, 174 'si credere dignum est'. . . etiam se -are, potuisse exsistere tantam audaciam. Fvlg. aet. mund. p. 175, 10 *v. p. 2090, 50.* Cod. Iust. 6, 22, 9 pr. furiosum in suis indutiis ultimum condere elogium posse licet ab antiquis -abatur, tamen . . . nobis placuit (6, 2, 22, 2 *v. p. 2092, 78*). Greg. M. moral. 9, 106 accipit *Sara*, quod habituram se ex humana ratione -avit. Avg. perf. iust. 3, 7 'quis tam demens, ut vel -et fieri posse, quod deum velle non -et?' *v. etiam l. 18 sqq.*

g *passive c.* ***nom. c. inf.***, *verbo -andi negato*: Tac. ann. 3, 8 neque -abantur praescripta ei a Tiberio. Tert. adv. Marc. 4, 36 p. 545, 21 etsi natus non -aretur. 5, 9 p. 603, 19 tam vane, quasi aliqui hominum ex utero natus -aretur. Avg. civ. 15, 23 p. 111, 13 D. neque hoc divinitus dictum esse -aretur (*sed potest esse acc. c. inf. ut* Pelag. Aug. nat. et grat. 51, 59 quicquid in naturae necessitate positum est, ad naturae pertinere non -atur auctorem. Clavd. Don. Aen. 6, 254 oleum non -atur idcirco infusum, ut. Leo M. serm. 47, 2 p. 297^{A} ut magnum illud . . . sacramentum . . . in praestituto tempore non -aretur impletum). Avg. grat. Christ. 13, 14 cum lex esse non -etur ex deo. pecc. orig. 20, 22 *vita* momentis omnibus esse non -atur incerta. nat. et grat. 34, 38 ut ille . . . verum dixisse minime -etur. Prosp. epist. 1, 4 p. 70^{D} (*hoc uno loco*:) ut quia praevaricator ideo dicitur non oboedisse, quia noluit, fidelis quoque non -etur . . . devotus fuisse. Cod. Theod. 3, 9, 1 *lex*, quae de hoc articulo non -atur emissa. Nicet. p. 28, 12 ed. Burn praescire omnia non -abitur. Leo M. serm. 19, 1 p. 186^{A} dies . . . non -atur esse vicinus. 21, 1 p. 191^{C} ut *deus*, qui conceptum dederat sterili, daturus non -aretur et virgini. Vict. Vit. 2, 85 qui ventura nuntiare perhibetur, praescire omnia non -atur. Alc. Avit. c. Arr. 27 p. 11, 5 cum *Christus* maior esse angelis a nemine -etur. Boeth. herm. sec. 1, 1 p. 37, 15 qui prius recepit, . . . non -atur errare. Fvlg. Rvsp. c. Arrian. 6 p. 216^{B} ut . . . Filius Patri non -etur vel negetur aequalis. Verec. in cant. 2, 8 *schismatibus* non -antur mali angeli praesidere. *adde*: Pelag. in I Cor. 15, 35 qui (*deus*) creditur totum reddere, cur ex parte reparare (*corpus*) -etur?

2 *inest notio quaedam timendi* (*cf. p. 2098, 35*): **a** *c. enuntiato*: *α interrog.*: Cels. 3, 6, 6 sollicitudo aegri -antis (*i. cum cura et intentione animi exspectantis*), quomodo *medico* se habere videatur.

β ne (*cf.* addubito *vol. I 593, 23*): Cvrt. 7, 11, 21 ne falleretur acies (*sc. oculorum*), -are cogebat varietas caeli (*seq.* ut liquidior lux apparuit . . ., dubitatio exempta est). Vlp. dig. 8, 4, 2 de aqua per rotam tollenda . . . vel si quis servitutem castello imposuerit, quidam -averunt, ne hae servitutes non essent. Boeth. herm. sec. 1, 1 p. 27, 26 -averit aliquis, ne forte passiones animae imaginationes . . . dicat. Cod. Iust. 7, 4, 17 pr. -abant, ne quid obstaculum libertati ex hac causa procedat. Cassiod. var. 8, 3, 1 -are forsitan poteratis, ne . . . non amaret. Alex. Trall. 2, 25 quod si difficilis est ad vomendum, -ari oportet, ne multa irritatione coactus stomachus laedatur potius quam iuvetur (*gr. 2 p. 255, 5 P. φείδεσθαι δεῖ τοῦ ἐπὶ πολὺ σπαραγμοῦ ἢ ἀναγκάζειν τὸν στόμαχον*). Compvt. cod. Col. prol. 4 p. 229 *cum* -aremus annos regum . . . ne in dubium venirent vel errorem adducerent (*de prolepsi cf. p. 2090, 59*).

b *abs.*: Cassiod. Didym. in I Ioh. 5, 19 p. 79, 21 Z. iam non -amus secundum haereticos nec cuiusdam creatoris dei credimus facturam esse mundi et in maligno constituti (*οὐ δεισιδαιμονοῦμεν κατὰ τοὺς αἱρετικούς, μήπως ἡ τοῦ θεοῦ κτίσις κόσμος οὖσα ἐν τῷ πονηρῷ ἵδρυται*).

3 *abeunte notione in fidem denegandi, non credendi* (*cf. s. v.* dubitabilis *p. 2074, 35*): **a** *c. dat.* (*qui fluxit ex analogia verborum q. s.* fidere, credere): Cic. Att. 10, 8, 2 -antem magis quam fidentem suis rebus. Tert. test. anim. 6 crede itaque tuis . . .; si tu (*Reiff.*; te *AB*, de *Hartel*) tuis litteris -as, neque deus neque natura mentitur. Pavl. Nol. carm. 31, 252 o perversa fides et diffidentia nobis, credere nos terris et -are deo! (*cf. Harteli ind. 4. s. v. dativi rariores*). Sedvl. carm. pasch. 4, 280 *v. p. 2090, 62.* **b** *c.* de: Filastr. 140, 1 sunt quidam -antes heretici de die Epifaniorum domini . . . dicentes solum natalem debere eos celebrare domini VIII Kalendas Ianuarias, non tamen diem Epifaniorum. 142, 3 si autem de eo (*i. de ea re*) -at, abicienda et spernenda est *Aquilae* editio. **c** *absol.*: Hier. epist. 65, 1, 2 *apostoli* -ant, *Maria Magdalene* confidit (Vvlg. Marc. 16, 11 Luc. 24, 11 non crediderunt). Avg. serm. 177, 11 homo si promitteret, crederes; deus promittit et -as? *cf.* Petr. Chrys. serm. 79 p. 423^{E} alte -at, qui altius credit. **d** *c. acc. c. inf.*: Cod. Iust. 6, 2, 22, 2 = Inst. Iust. 4, 1, 16 (18) nescius et -ans rem non esse apud eum (*fere i. q. nescire*). *nota*: Cod. Iust. 8, 37, 14 pr. et si . . . inter praesentes celebratam esse rem fuerit scriptum, et hoc iterum -abatur, debere ostendi partes esse praesentes (*i. haec quoque res in disceptationem vocata impugnabatur et dicebatur debere eqs.*).

C *cogitatione ad* ***adfirmandum*** *vergente i. q. verecunde et* ***haesitanter adseverare***, *putare; haud scire an*: **1** *plerumque*

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. enuntiato interrogativo: . **an** (*cf. s. v.* addubito *et* dubitatio *p. 2078, 65*): CIC. Verr. II 3, 76 de accessione -o an Apronio data sit (*i. e. fortasse data est, datam esse suspicor, opinor*). Tusc. 4, 50 de L. Bruto fortasse -averim, an . . . ecfrenatius in Arruntem invaserit. off. 3, 50 de *boni viri* deliberatione et consultatione quaerimus, qui . . . -et, an turpe non sit. epist. 9, 7, 2 nonnulli -ant, an per Sardiniam veniat. SEN. dial. 5, 38, 1 'non quidem irascor, sed -o tamen, an oporteat irasci'. 10, 6, 2 aliquo -ante, an mors eius voluntaria esset, nullo, an (*v. p. 2089, 13*) tempestiva. 10, 13, 9 -are se . . . aiebat, an satius esset nullis studiis admoveri quam his implicari. PLIN. nat. 19, 104 de *Creticis cepis* -ant, an eaedem sint quae Ascaloniae (*Theophr. hist. pl. 7, 4, 9 ἡ φύσις ἡ τῶν Κρητικῶν παραπλησία τρόπον τινὰ τοῖς Ἀσκαλωνίοις, εἰ μὴ ἄρα καὶ ἡ αὐτή*). QVINT. inst. 1, 5, 46. 9, 2, 106 consequens an epichirema sit -at. 9, 3, 93 de illo -ari possit, an schema sit. IVV. 15, 89 NERAT. dig. 44, 4, 11 pr. AFRIC. dig. 36, 1, 29 (28) pr. 44, 7, 23 de illo sane potest -ari, an, quamvis pecuniam postea offerat, nihilo minus poena committatur. 45, 1, 64 an huius temporis nomine agi possit, non immerito -abitur. CLEM. dig. 31, 59 nisi si quis -et, an . . . legatum meum fiat: quod aequius esse videtur. GAIVS dig. 40, 12, 9 pr. GELL. 1, 3, 18 VLP. dig. 7, 1, 12, 3 LACT. inst. 1, 8, 2 -at vero aliquis, an quicquam difficile aut impossibile sit deo? **num**: CIC. Sull. 68 de quo etiamsi quis -asset antea, num id, quod tu arguis, cogitasset, . . . sustulisti hanc suspicionem (*unum hoc apud* CIC. 'num'; *cf.* epist. 7, 32, 1 addubitavi num). AFRIC. dig. 29, 2, 51 pr. cum -et, num posterius falsum sit. 47, 2, 62 (61) 5. MACER dig. 49, 4, 2 pr. VLP. dig. 38, 15, 2 pr. -are *coepit*, numquid testatus decesserit vel numquid vivat. **si**: CONC.[S] I 5 p. 323, 8 rec. Q. -are ausi sunt . . . si *Christus* filius quidem substantia dei est, quod autem secundum carnem, ex semine David est et carne . . . Mariae: . . . quomodo Christiani esse possunt, qui dicunt *eqs.* (*Mansi 5, 28*[C] *ἀμφιβάλλειν, εἰ*). 2 de: TERT. nat. 1, 6 p. 66, 32 ut opinor autem, -atur de iniquitate legum quarundam, cum . . . nequitias earum temperetis (*i. e. cum suspicione cogitatur; 'putatis iniquas esse'*). 1, 17 p. 89, 17 -atur enim de periuriis iure. EPIST. pontif. 937 (Conc.[S] IV 2) p. 168, 18 nisi qui . . . haeresim, de qua suspectus fuit, respuit aut blasphemias, de quibus de eo -atum est, abnegavit. 3 *c. acc. c. inf.*: EVOD. Aug. epist. 158, 8 certe si non odorandi necessitas *animae mortui* . . . ingeri potest . . ., -o remanere videndi et audiendi: nam quid est quod audire dicuntur daemones? 4 *absolute*: CLAVD. 22, 301 pars sceleris -asse fuit (*sc. an etiam per occidentem Eutropius agnoscendus esset consul. Gesner*). 5 *c. acc. pronom.*: POMPON. dig. 41, 1, 19 quod et Varium Lucullum aliquando -asse.

II *pertinet ad* **voluntatem** (*A. B 1. 2. 3 C*) *vel* **affectum** (*B 4*): A *voluntate in* **incerto manente** *significatur fluctuatio animi, qua vel incerti haeremus vel deliberamus, faciamus aliquid necne*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 433, 12 B. aestuat -at incertus est *eqs.*

1 *c. coniunctivo dubitativo*: PLAVT. Capt. 455 -avi, hos homines emerem an non emerem, diu. TER. Phorm. 343 -es, quid sumas potissimum (*cf.* CIC. Cael. 37). PACVV. trag. 50 -o, quam insistam viam. CIC. Verr. II 2, 81 qui -et, utrum malit meis testibus an tuis defensoribus credere. Caecin. 25 de eo -o, nunc quo modo aut loquar aut taceam (Att. 7, 13a, 3 de Ciceronibus nostris -o, quid agam. LIV. 22, 61, 5 de *captivis* cum -atum in senatu esset, admitterentur in senatum necne). Phil. 5, 6 -ate, quid agatis. rep. 1, 60 cur -as, quid de re publica sentias? de orat. 3, 131 quo magis -o, tibine plus laudis an Graecis vituperationis statuam esse tribuendum. Att. 13, 42, 1 'dum -abam, quam ducerem'. 16, 15, 1. epist. 13, 27, 2 SALL. Catil. 52, 25 vos cunctamini et -atis, quid . . . hostibus faciatis? Iug. 74, 1 -are, virtuti an fidei popularium minus crederet. NEP. Pelop. 1, 1 cuius de virtutibus -o quem ad modum exponam. HOR. carm. 1, 12, 35 OV. epist. 15, 82 met. 10, 610 *Atalanta* -at, superari an vincere malit. 15, 540. fast. 6, 28 fratre magis -o glorier anne viro. trist. 4, 3, 31 VELL. 2, 51, 3 -anti, quanti se venderet. SEN. contr. 10, 2, 1 -o quid optem. SEN. apocol. 7 epist. 87, 9 cum maxime -at, utrum se ad gladium locet an ad cultrum. Thy. 714 quem prius mactet sibi -at. MART. 2, 64, 10 dum quid sis -as, iam potes esse nihil. STAT. Theb. 5, 206 quos tibi nam -o . . . expediam casus [*editiones*: . . . (-o) . . . ?]. QVINT. inst. 10, 1, 83 TAC. Germ. 46 ann. 1, 63 PLIN. epist. 6, 20, 5 -o, constantiam vocare an impudentiam debeam. IVST. 21, 2, 14 diu -avit, imperium deponeret an bello resisteret. LACT. inst. 2, 3, 17 VIR. ill. 72, 2 primo -avit, honores peteret an argentariam faceret. AVSON. 290, 6 Capua . . . senatum sperneret an coleret -ans. 107, 1 dum -at natura, marem faceretne puellam, factus es, o pulcher, paene puella, puer. OPTAT. 6, 3 p. 148, 19 AVG. civ. 4, 3 p. 149, 28 D epist. 67, 2, 2 hinc, . . . utrum scriberem, -are non debui. CLAVD. DON. Aen. 12, 920 SVLP. SEV. epist. 3, 12 MART. CAP. 8, 826 HIL. Macc. 141. **an**: OV. epist. 16, 157 *v. p. 2097, 13.* STAT. silv. 1 praef. 2 diu multumque -avi . . . an hos libellos . . . ipse dimitterem. SIL. 9, 479 *Minerva* -ans . . . nec sat certa diu, patriis an cederet armis. PLIN. epist. 6, 27, 5 *v. l. 81.* **num**: PLIN. epist. 6, 27, 1 -o num idem tibi suadere quod mihi debeam . . . 5 quibus ex causis . . . -o an idem nunc tibi . . . suadeam. illud non -o *eqs.* *pendet gerundivum, sim.*: CIC. Att. 14, 13, 1 utriusque loci tanta amoenitas, ut -em, utra anteponenda sit (*i. utram anteponam*). 9, 9, 2 mihi -anti quid me facere par sit. BELL. Alex. 20, 6 -ans, quid esset capiendum consilii. SALL. Catil. 46, 2 -ans, . . . quid facto opus esset. COD. Iust. 7, 33, 12, 3 b nemo posthac -et, quid statuendum sit.

2 *absolute*: CIC. leg. agr. 2, 5 mihi . . . non -anti fidele consilium ostenditur. PLANC. Cic. epist. 10, 4, 2 si -arem, hortatio (*tua me*) impellere posset. OV. met. 3, 206. 8, 443 Toxea, quid faciat, dubium . . . haud patitur -are diu. SEN. benef. 2, 1, 2 ne deliberasse videamur; proximus est a negante, qui -avit. epist. 38, 1 qui -at, impellendus est. Phoen. 442 negare matri, qui diu -at, potest. Tro. 658. MART. 6, 20, 3 inquiris, -as, cunctaris. LIV. perioch. 42 legati missi ad socias civitates . . . *rogandas* ut in fide permanerent, -antibus Rhodiis (LIV 42, 26, 8 ceteras satis fidas, Rhodios fluctuantis . . . invenisse. *cf. s. v.* dubius *p. 2116, 73*). *speciatim de iudice*: CIC. inv. 2, 126 duabus de causis iudicem -are oportere. Caecin. 6 non . . . propter iuris obscuram dubiamque rationem bis iam de eadem causa -asse. 9. 38. SEN. contr. 1, 3, 9 ampliatio . . . est . . . -antis. QVINT. decl. 365 p. 397, 27 -are illos? nescire quid pronuntient? IAVOL. dig. 8, 3, 13, 3 VLP. dig. 4, 4, 11, 2 quia -abat, ad imperatorem rettulit. COD. Theod. 11, 29, 5 quicumque iudicum vel appellatione interposita vel ipse -ans relationem . . . spoponderit sese missurum.

3 *c. praep.*: de (*v. etiam p. 2093, 51*): CIC. Sull. 52 etiam nunc de iudicando -at. prov. 3 quid est quod possimus de Syria Macedoniaque -are? epist. 11, 29, 1 -anti mihi . . . de hoc toto consilio profectionis, quod in utramque partem in mentem multa veniebant. LIV. 45, 35, 5 nec de Anici nec de Octavi triumpho -atum est. SEN. nat. 1, 11, 2 *Vergilius* (*georg. 2, 95*) -avit de nomine, deinde id, de quo -averat, posuit. TAC. hist. 4, 56 de reliquiis Vitelliani exercitus -avere. ann. 2, 65. 15, 25. AFRIC. dig. 16, 1, 19 pr. cum de adeunda hereditate -aret. OPTAT. 7, 1 p. 164, 1. PROSP. in psalm. 129, 7 nec quisquam debet de capessenda domini promissione -are. SIDON. epist. 1, 9, 2. *alia*: SALL. hist. frg. 2, 93 inter illum Pompeiumque . . . -averant. TAC. ann. 12, 32 bellum inter et pacem -abant. COD. Theod. 11, 35, 1 super adeunda hereditate. PVBLIL. Q 23 qui in vero -at, male agit, cum deliberat. *adde*: AVG. epist. 67, 2, 2 hinc *p. 2093, 75.*

4 *c. acc. pronom.*: PLIN. epist. 1, 18, 5 illud cautissimi cuiusque praeceptum 'quod -es, ne feceris'.

B *voluntate vel affectu cum verecundia quadam ab re aliqua facienda* **abhorrente**:

1 *accedit ad notionem verendi, haesitandi*: a *c. inf.*: *α saepissime in enuntiato negativo* (*nom. c. inf. v. p. 2095, 61*): PLAVT. Bacch. 1117 quid -amus pultare . . . ? :: haud moror. Epid. 260 quid istuc -as dicere? Mil. 1008 quid ergo hanc -as conloqui? Poen. 789 sed quid ego -o fugere hinc in malam crucem? Pseud. 1313 quid ergo -as dare mi argentum? ACC. trag. 294 cur . . . huius -em parcere capiti? 360 ne dubia haut -arit vitam offerre. VARRO rust. 2, 1, 7 astrologi *pecudis vocabula signis* . . . non -arunt ponere. CIC. Quinct. 56 'non -avi' inquit ' . . . bona proscribere'. Verr. II 2, 109 id statuere . . . -abitis? 160 homines quietissimi . . . istius evertere statuam non -arunt. 3, 177 non reperietis hominem timide . . . lucra ligurrientem; devorare omnem pecuniam publicam non -avit. 4, 48 continuo ut vidit non -avit illud signum . . . tollere. 4, 128 caput illud pulcherrimum . . . num -asti tollere? 5, 139 furor quidam . . . istius animum . . . tanta oppressit amentia, ut numquam -aret . . . supplicia *servilia* . . . in civis Romanos expromere. Font. 35 -abitis ostendere vos . . . civi parcere . . . maluisse? Cluent. 10 illud quis est qui -are debeat . . . pro vivo dicere? Manil. 19 videte, num -andum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere (*cf.* COD. Iust. 2, 10 [11], 1 non -andum est iudici . . . id supplere et proferre, quod sciat legibus . . . convenire *et p. 2096, 80*). leg. agr. 2, 16 nolitote -are . . . libertatem defendere. Catil. 2, 18 tu . . . copiosus sis et -es de possessione detrahere, adquirere ad fidem? (*i. e. nemo, qui copiosus sit, -at . . .*). Arch. 27. Vatin. 18 respondeas . . . ecquando -aris contra eas leges cum plebe agere. Balb. 45 quis -et . . . . Mil. 41. 81 -aret id fateri? Lig. 23. Phil. 5, 5 -abit, credo, gentis barbaras secum adducere. 5, 37. 14, 25 Caesarem . . . -emne appellare imperatorem? 14, 28 an vero quisquam -abit appellare Caesarem imperatorem? or. frg. B 21 (= 22 M.) hic ego -em in eam disputationem ingredi? rep. 1, 23 haud -avit . . . docere nullum esse prodigium (*sc. quod plena luna defecisset*) :: . . . apud imperitos audebat haec dicere? (haud *praeterea uno loco* Mil. 68 haud -ans cessisset patria). fin. 1, 62. 4, 34 quid -as . . ? (4, 36 quid -amus . . . quaerere?). Tusc. 1, 102 'idcirco genueram, ut esset, qui pro patria mortem non -aret occumbere'. 2, 49 *Vlixi* leviter gementi illi ipsi qui ferunt saucium . . . non -ant dicere: ' . . . nimis paene animo es molli . . .'. Cato 25 nec vero -at agricola, quamvis sit senex, quaerenti, cui serat, respondere: 'dis immortalibus'. nat. deor. 1, 85 quid -as negare deos esse? non audes. sapienter id quidem; etsi hoc loco non populum metuis, sed deos. div. 2, 40. off. 3, 106 nervosius qui ista disserunt, solum audent malum dicere id, quod turpe sit; qui autem remissius, ii tamen non -ant summum malum dicere. de orat. 1, 61. 172. 181 Att. 1, 9, 2. 3, 23, 4 quare . . . de me referre non -arint, iidem in abrogando tam cauti fuerint. 4, 3, 5 *Milo* non -at facere (*sc. Clodium interficere*), prae se fert; casum illum nostrum non extimescit. 7, 3, 2. epist. 13,

[Burkart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 1. 13, 77, 1. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 17, 1. CATVLL. 30, 3 iam me prodere, iam non -as fallere. 67, 18 dicere ne -a. CAES. Gall. 2, 23, 2 civ. 1, 71, 2. 2, 34, 4 BELL. Alex. 46, 4. 76, 3. VERG. georg. 2, 433 et -ant homines serere atque impendere curam? Aen. 6, 806 et -amus adhuc virtutem extendere factis? 8, 614. LYGD. 4, 75 ergo ne -a blandas adhibere querellas. OV. am. 1, 7, 63 at tu ne -a ... protinus in vultus unguibus ire meos (*fere i. q. age, i*). epist. 9, 146 impia quid -as Deianira mori? 19, 234. medic. 69 nec tu pallentes -a torrere lupinos (*cf.* SER. SAMM. 943 nec -es illi veros miscere smaragdos). ars 1, 584 nec -es illi verba secunda loqui. met. 9, 698 nec -es ... tollere. 13, 169 Ib. 103 Pont. 2, 2, 39. 3, 9, 19. VITR. 6, 1, 12 non -emus aedificiorum quoque rationes ad nationum proprietates apte distribuere (*exspectes: -andum non est, quin distribuendae sint*). MANIL. 2, 105 quis -et post haec hominem coniungere caelo? VAL. MAX. (*ex 31 locis 19 hoc sensu!*) 1, 1, 9. 4, 2, 5. 4, 6, 5. 8, 14 ext. 3 CELS. 2 prooem. 1 PHAEDR. 1, 14, 5 CVRT. 5, 4, 16. 6, 5, 30. 6, 7, 15 SEN. dial. 9, 11, 1. nat. 6, 31, 1 non est quod -es. epist. 17, 7 -abit aliquis ...? 82, 21 quis ... -et ...? 92, 7 quid -atis dicere bene esse homini, si palato bene est? 123, 10 fluunt dies ...: -amus sapere? 11 'nec -averis bonam vitam quam opinionem bonam malle'. COLVM. 10, 73 eradere viscera marris ne -a. ASCON. Pis. p. 20, 4 St. LVCAN. 7, 77 de superis, ingrate, times, causamque senatus credere dis -as? 9, 613 PETRON. 88, 9. CALP. ecl. 3, 5 nullus -avi crura rubetis scindere. PLIN. nat. 17, 133 Coos insula et vites tunc serit, ceteri apud Graecos inoculare et inserere non -ant, sed arbores non serunt. 24, 18. CARM. epigr. 352, 1 credere (*pecuniam*) vix -o, set amicum amittere nolim. SIL. 13, 635 ne bella pavescas ulla nec in caelum -es te attollere factis. QVINT. inst. 12, 10, 63 TAC. ann. 12, 46. CARM. epigr. 925 ⟨num⟩ -ant h⟨omines⟩ velle imi⟨tare⟩ deum? PLIN. epist. 4, 17, 2 an ego ... -em? 10, 120, 2. IVV. 4, 50 protinus ... inquisitores agerent cum remige nudo non -aturi fugitivum dicere piscem. 9, 99. 110. 12, 43 SVET. Tib. 27 Dom. 2, 3. 13, 1 CALP. decl. 15. FRONTO p. 159, 15 N. non -o alia item verba percensuisse. APVL. apol. 23 met. 8, 8 SCAEV. dig. 17, 1, 60, 1 TER. MAVR. 1282 TERT. orat. 23 nat. 2, 13 p. 123, 15 ieiun. 17 p. 297, 9 adv. Marc. 2, 2 p. 336, 1. 5, 6 p. 590, 3 adv. Val. 3 p. 180, 10 VLP. dig. 23, 3, 40. 26, 5, 12, 1 PORPH. Hor. carm. 4, 9, 51 sat. 1, 2, 16. COD. Iust. 5, 37, 10 (*a. 230*) = 2, 30, 3, 1 (*a. 260*) sarciri damnum ... praeses provinciae curabit, non -aturus etiam graviorem exsecutionem adhibere, si *eqs.* IVST. 1, 9, 5. PANEG. 7 (6), 10, 2 reges Franciae ... non -asti ... punire, nihil veritus ... odia. LACT. inst. 1, 15, 6. 6, 12, 35 PALLAD. 7, 7, 5. DOCTR. apost. 4, 7 non -abis dare nec dans murmuraveris (οὐ διστάσεις δοῦναι). FILASTR. 123, 1 VEG. mil. 3, 18. OPTAT. 2, 19 p. 54, 20 incestare minime -avit. 3, 3 p. 73, 22 (*maledicta*) scribere minime -atis. 5, 4 p. 126, 28. 7, 3 p. 173, 22 quando vos ... suscipere -aret ecclesia? AVG. civ. (*22 locis; e. gr.*) 1, 15 p. 26, 14 D. 1, 35 p. 51, 21. 4, 9 p. 157, 11. 4, 31 p. 185, 25 Varro ... nonne ita confitetur ..., ut ... non -et confiteri? 5, 13 p. 217, 15 salutem *patriae* saluti suae praeponere non -averunt. 8, 13 p. 340, 26. 9, 5 p. 375, 18 *misericordiam* Cicero ... non -avit appellare virtutem, quam Stoicos inter vitia numerare non pudet. anim. 1, 19, 32 *animas*, quod prius negaverat, ad dei naturam revocare non -at. c. Pelag. 1, 24, 42 gen. ad litt. imperf. 8, 5 p. 237, 15. 239, 4 de mend. 6, 9 SCHOL. Cic. Bob. p. 83, 15 St. 105, 26 CLAVD. DON. Aen. 1, 350. 4, 40. 5, 74. 9, 21. 10, 293. 4, 29. 5, 855. 9, 296 SVLP. SEV. Mart. 24, 7 PAVL. NOL. epist. 13, 21 p. 102, 20 PS. PROSP. carm. de prov. 849 HIL. Macc. 252 ne -es monitis parere parentis. COD. Theod. 2, 29, 2, 3. 7, 8, 4. 7, 22, 5. 9, 16, 5. 10, 4, 1. 10, 32, 5 pr. ex aequa cum aerario dividere parte non -et. 15, 1, 18. 16, 9, 2 DRAC. Orest. 142. 657 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 26, 12. COD. Iust. 10, 44, 4, 1 hoc idem successores curialibus reddere minime -ent. CASSIOD. Didym. in I Petr. p. 17, 21 Z. VEN. FORT. carm. 10, 17, 16. *nota nom. c. inf.*: CASSIOD. var. 12, 24, 4 marino fluctui tam fragilis munitio non -atur opponi.

speciatim de pudore vel potius impudentia: CIC. Caecin. 2 impudens ... quod non -avit id ipsum quod arguitur confiteri. Mil. 74 domino ... inspectante non -avit aedificium exstruere in alieno. Phil. 2, 56 qui non -aret vel in foro alea ludere. Tusc. 2, 15 Aristippus non -avit summum malum dolorem dicere. deinde ad hanc enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus praebuit. Brut. 268 instrumenta naturae deerant; sed ... tanta magnitudo, ut sibi omnia, quae praeclarorum virorum essent, non -aret asciscere (*cum laude dictum. similiter* OV. Pont. 1, 8, 59 nec -em longis purgare ligonibus arva). OV. met. 13, 7 non Hectoreis -avit cedere flammis. HOMER. 259 non -abas hospitis olim expugnare toros. IVV. 8, 194. FILASTR. 57, 1 Carpocratiani ... in ecclesia sua ... misceri cum mulierculis non -*ant*.

nota usum ***negationis***: CIC. epist. 12, 29, 1 nullum periculum pro me adire -avit (*i. quodcumque periculum adire non -avit*). BRVT. Cic. ad Brut. 1, 13, 1 nihil -abis pro iis suscipere. MANIL. 5, 194 ac per nulla sequi -ant vestigia praedas. TERT. patient. 7 p. 12, 24 pecuniae causa etiam in foro nihil ... adgredi -ant.

β raro in enuntiato affirmativo: CIC. nat. deor. 1, 113 accusat Timocratem ... Metrodorus, quod -et omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri. div. 1, 56 quaesturam pete⟨re dubita⟩nti. SALL. Catil. 15, 2 nubere illi -abat timens privignum adulta aetate. OV. am. 1, 11, 5 saepe venire ad me -antem hortata Corinnam. 3, 14, 36 si -as famae parcere, parce mihi. epist. 4, 13 *Amor* mihi primo -anti scribere dixit: 'scribe!' PVBLIL. Q 28 qui ulcisci -at improbos, plures facit. VAL. MAX. 2, 7 ext. 2 futurum, ut spiritum poenae impenderent, quem pugnae acceptum referre -assent. 3, 2 ext. 2 plagam ei inferre -anti. LVCAN. 5, 204 -antibus astris Pompei damnare caput. TERT. anim. 57 p. 393, 7 -avit ... prophetam se dei asserere. PANEG. 11 (3), 18, 3 si praestare -asses, si in posterum distulisses. *cf. ibid.* 6, 3 SYMM. epist. 8, 49 diu ... respondere -avi. rel. 14, 1 corporatos negotiatores ... ad equorum conlationem ... vocare -avi. OPTAT. 7, 3 p. 172, 4 -o dicere peccasse tantam sanctitatem. CLAVD. DON. Aen. 5, 728 facere cogebatur, quod inter initia -averat. 7, 265 etsi inter initia venire -avit. 12, 916 'teloque instare tremiscit': ... -abat telo insistere. VEG. mulom. 2, 70, 2 quod vitium si ferro tangere -as (CHIRON 477 nolebis). EVGIPP. Sev. 1, 5 cum salutem omnium ... promittenti credere -arent. 27, 3 Batavinis genitale solum relinquere -antibus. *v. etiam p. 2097, 74. 2098, 16. 61. 72.*

b *c. acc. pron.* (*v. etiam* CIC. Cluent. 10 *p. 2094, 56.* LIV. 36, 9, 8 *p. 2097, 1*) *vel substantivi* (*p. 2096, 29*): PLAVT. Pseud. 575 neque quod -em neque quod timeam (*est*). TER. Ad. 691 haec dum -as, menses abierunt decem. CIC. Att. 12, 5, 2 si quid -abis. 13, 23, 3 quid -arim, cum videro te, scies. OV. trist. 5, 2, 37 quid -as et tuta times? LIV. 36, 9, 8 ne paulum quidem *v. p. 2097, 1.* SEN. nat. 6, 32, 6 nihil -averis. PANEG. 5 (8), 14, 5 quid -amus? quid moramur? AVSON. 469, 7 nihil -es. VVLG. act. 10, 20 vade cum eis nihil -ans. *adde*: PLAVT. Mil. 1008 quid ergo hanc -as conloqui? CIC. fin. 4, 36 quid -amus ... quaerere *et sim. sub* α α. CIC. epist. 13, 4, 2 illud -are non debes, quin ... velis *sub e.* *nota acc. subst.*: FVLG. aet. mund. p. 172, 9 tenebrae patronus, qui in suo figulo non -avit scelus.

c *absolute*: TER. Haut. 1057 an -as, Clitipho? (*sc. patri parere; notio cunctandi admixta est*). CIC. dom. 140 -ans timens haesitans. Att. 13, 25, 3 quid est quod perhorrescas? ... etiam nunc si -as, fac ut sciamus. CAEL. Cic. epist. 8, 8, 9. CAES. Gall. 1, 41, 3 se neque umquam -asse neque timuisse. OV. met. 7, 404 accipiunt legem (quis enim -aret?). SEN. Herc. O. 987 (*Deianira Hyllo*:) ignave, -as? (*sc. me perimere*). STAT. Theb. 7, 126 tanta autem audacia Thebis? an -ent? 10, 891 intento -at Tirynthius arcu. SIL. 7, 471 metuit -asse videri. QVINT. inst. 10, 3, 19 interim pudet etiam -are aut resistere aut mutare (*quod scriptum est*). TAC. ann. 5, 4. 15, 59. PLIN. epist. 1, 22, 3 sermonibus eius ... quam ... decora cunctatio! quid est, quod non statim sciat? et tamen plerumque haesitat, -at diversitate rationum. IVV. 13, 153 an -et? VIR. ill. 83, 6 in caede (*Caesaris*) -anti cuidam 'vel per me' inquit 'feri!' DIDASC. apost. 36, 23 ministrate cum dilectione, non murmurantes nec -antes (διαστασιάζοντες). AVSON. 469, 4. CLAVD. DON. Aen. 9, 10 p. 187, 15 -are timentis est signum.

nota locutionem q. e. 'non -ans *facio*': CIC. Mil. 68 haud -ans cessisset patria (*aliter* div. 1, 125 hoc non -ans dixerim. fin. 5, 26 non -antemque dicere. epist. 5, 16, 4 hoc tamen non -ans confirmare possum: *i. q.* ὁριζόμενον λέγειν. *cf. etiam p. 2089, 43*).

d *c. praep.*: CATO agr. 141, 4 si ⟨in⟩ uno duobusve -abit, sic verba concipito. POMP. CIC. Att. 8, 12a, 1 si de se -aret. CIC. Att. 12, 31, 2 non -arem de Silianis. 13, 3, 1 videris -are; ... sed ... magis ... id *facis* diligentia, ... quam quod -es de nominibus istis. 13, 23, 2. OV. Pont. 1, 1, 29 si -as de me ('*si -as mea causa hos meos libellos excipere*' *Burmann*). CELS. 2, 10, 8 sanguinem mittere. de quo -ari in eiusmodi re non oportet. PLIN. epist. 5, 3, 8 qui recitat, ... de quibus -at, quasi ex consilii sententia statuit. TERT. paenit. 12, 1 poenae prius magnitudinem imaginare, ut de remedii adoptione non -es. PANEG. 12 (2), 44, 2 coeperas de eius morte (*i. nece*) -are. AVSON. 469, 16 laudata pudoris saepe mora est, quotiens contra parem -es. *addito gerundivo*: RHET. Her. 4, 36, 48 quid fuit, quare in sententiis ferundis -averitis? VOPISC. Aurelian. 20, 5 tamdiu de aperiendis Sibyllinis -asse libris. SCHOL. Cic. Bob. p. 100, 11 St. nec de insimulanda Flacci innocentia potuisse -are. COD. Iust. 7, 66, 6 (*a. 321*) super adeunda hereditate -antes.

e *cum coniunctione (pass. v. p. 2097, 5, cf. p. 2098, 1; gerundiv. v. p. 2096, 80, cf. p. 2094, 57), verbo -andi semper negato*: quin (*v. etiam sub 2 d*): CIC. Manil. 49 -atis, quin hoc tantum boni ... in rem publicam conservandam ... conferatis? 68 nolite -are, quin huic uni credatis omnia. leg. agr. 2, 69 non -atis, quin vectigalia vestra vendatis? Sull. 4 non -asse, quin innocentiam P. Sullae defenderet. Flacc. 40 -abitis, quin ... vindicetis? Mil. 63 non -aturum fortem virum, quin ... cederet aequo animo legibus. Phil. 13, 46 -aturumne A. Hirtium aut C. Pansam putatis, quin ad Antonium transeant? Att. 6, 2, 3 non -abat *Dionysius*, quin *Dicaearcho* crederemus (*infinitivus propter diversas verborum personas poni nullo modo potuit*). 8, 116, 3 non -o, quin ad te statim veniam. 8, 15, 2 non -ant, quin Caesari praesto futuri ... sint (*i. iis constat se ... esse*). 16, 16, 12. epist. 13, 4, 2 illud vero -are non debes, quin ... tam honestum municipium tibi ... obligari velis. 9, 7, 1 -andum non est, quin equis viris (PLANC. Cic. epist. 10, 18, 2 non -andum putavi, quin succurrerem. CAES. Gall. 2, 2, 5 tum vero -andum non existimavit, quin ad eos proficisceretur. civ. 3, 37, 2 sibi -andum non putavit, quin ... decertaret. COLVM. 9, 5, 1 non est -andum, quin ... circumdemus).

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *passive, incerto subiecto ducendi: de locum mutantibus*: SEN. nat. 5, 14, 2 flumina ... alia leniter -cta, alia ... sonantia. CLAVD. DON. Aen. 10, 305 unda retrorsus -cta (VERG. relabens). ITALA eccles. 1, 5 (Ravenn. p. 22, 8) occidit sol et in locum suum -itur (ἕλκει. VVLG. revertitur). AVIEN. Arat. 766 Argo rutilam tantum inter sidera puppim (*acc. lim.?*) -itur (-it et *vulg.*). BOETH. mus. 1, 2 p. 188, 6 ut per ... inaequalitates ratus cursuum ordo -atur (*sc. stellis*). *de sese extendentibus, porrectis (in nonnullis et mutationem loci potes accipere)*: CIC. Arat. 7 huic (*signo*) spatio -ctum simili latus extat utrumque. nat. deor. 2, 139 nervi ... a corde tracti et profecti in corpus omne -untur. 2, 137 sucus ... permanat ... per quasdam a medio intestino usque ad portas iecoris ... -ctas et derectas vias. BELL. Alex. 28, 3 *loci natura muniti* unum latus erat adiectum ... Nilo, alterum editissimo loco -ctum, ut partem castrorum obtineret. MANIL. 1, 391 tribus *stellis* obliquis demissus -itur ensis *Orionis*. 1, 675. 1, 840 globus ... aequali laterum compagine -ctus. 2, 491 Geminorum -itur auris ad Iuvenem (*cf.* 2, 468 auribus haerent. 495 tendunt auribus). 3, 304 qua Phrixei -untur vellera signi. 3, 333 sidera curvato -untur in aethera tractu. 4, 314 in terdenas divisum -itur astrum. GERM. 326 hinc alius ... -itur ordo *siderum*. SEN. nat. 1, 3, 4 *in arcu caelesti* videmus aliquid flammei, aliquid lutei *eqs.* ... et alia in picturae modum subtilibus lineis -cta. MELA 1, 108 locus ... ubi finem -ctus a Bosporo tractus accipit. FIRM. math. 1, 10, 5 *zona*, quae per mediam mundi -itur partem. CLAVD. DON. Aen. 3, 535 p. 335, 6 scopulis in immensum -ctis. MART. CAP. 6, 650 Italia per populos sinus urbes ... -itur in fines Illyrici. OROS. hist. 1, 2, 64 Gallia ... -cta per longum et per angustum inflexa. ALC. AVIT. carm. 5, 701 fluctu ... reverso -itur extentum planati gurgitis aequor. PRISC. perihег. 134 qua latus -itur Isthmos. CORIPP. Ioh. 3, 123 arduus ... licet summoque cacumine -ctus emineat *locus*. GREG. M. moral. 4, 30 umbra iuxta qualitatem corporis -itur. *sim.* ENNOD. opusc. 2, 121 p. 324, 19 in profundum -tis ulceribus.

B *de tempore in tempus (per tempus)*: **1** *certo subiecto et obiecto*: **a** *i. q. adducere vel post se ducere*: VERG. georg. 1, 6 mundi lumina, labentem caelo quae -itis annum (SERV. quorum cursu tempora computantur *eqs.* auct. deducitis per duodecim signa, aut ... finitis). 3, 156 noctem -entibus astris. Aen. 2, 802 Lucifer ... -bat ... diem. HOR. epod. 14, 3 pocula Lethaeos ... -entia somnos. carm. 2, 17, 9 ille dies utramque -et ruinam. 3, 27, 42 imago ... porta fugiens eburna somnium -it. TIB. 1, 2, 78 stragula ... soporem. PROP. 1, 15, 30 annus et inversas -erit ante vices. CARM. de mens. 1, 5 dulcia, Maie, tuis -is exagona nonis. MANIL. 1, 872 Venus ... noctem. 3, 661 Libra diem noctemque pari cum foedere -ens. 4, 254 *Capricorne*, retrahis -ctas ... ad fastigia noctes. LVCAN. 5, 6 -entem tempora Ianum. 6, 571 Titan medium quo tempore -it sub nostra tellure diem. STAT. Theb. 8, 160 Vesper ... lunares ... equos. TAC. Germ. 11 nox -ere diem videtur. PS. QVINT. decl. 6, 15 tenebras etiam salvis luminibus ... nox -erat. PRVD. perist. 10, 575 *solis* recursu lux et annus -itur. CLAVD. carm. min. 23, 3 DRAC. laud. dei 1, 672. PAVL. NOL. carm. 21, 2 pax ... annum ... tranquillo lumine -it. 23, 5 licet atro frigore tempus ... hiberna ... -at. 33, 42. LVCAN. 1, 544 fugiente ... sole noctem -xere Mycenae (*i. sibi induxere, v. Housm. ad l.*). *sim.* MAXIM. eleg. 3, 20 quae ... solet mentis -ere

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

signa calor (*sc. amoris.* color *codd.*). **b** *i. q. extendere, trahere*: Clavd. 8, 575 Pharios ... modos Aegyptia -it tibia. *sim.* 14, 30. *cf.* Qvint. inst. 9, 4, 139 cum debeant *in oratione* sublimia ingredi, lenia -i, acria currere, delicata fluere.

2 *passive, incerto subiecto ducendi*: **a** *i. q. procedere, ire, venire per tempus*: Verg. Aen. 1, 642 series longissima rerum per tot -cta viros ... ab origine gentis. Manil. 3, 511 *v. p. 2154, 62.* Sen. nat. 1, 1, 4 an rerum omnium certus ordo -atur (Boeth. cons. 5, 3, 93 cum ex providentia rerum omnis ordo -atur). Vopisc. Car. 1, 2 -cta per tempora *res publica* variis ... motibus ... afflicta. Clavd. Don. Aen. 5, 600 p. 491, 21 cum ... securo cursu res ... -rentur. 10, 600 sic ... Aeneae furentis acta ... -bantur, ... ut ... saeviunt undae. Pavl. Nol. carm. 18, 319 labente die iam vespere -cto. Avg. civ. 16, 43 p. 195, 28 D. cuius generis ... adulescentia -batur ab ... Abraham usque ad ... David. *sim.* Amm. 31, 4, 6 turbido instantium studio orbis Romani pernicies -batur (⟨ad⟩duc- *Mommsen, sed cf. Bickel, Gött. Gel. Anz. 1918, 277*). **b** *i. q. extendi*: Lvcr. 6, 119 unde auris terget sonus ille diuque -itur. Boeth. cons. 5, 6, 35 *de mundo*: per interminabilem -i vitam.

C *de statu in statum* (*alicunde petere, aliquo attrahere, movere, stimulare, inritare, secum rapere*): **1** *certo subiecto*: Cic. ac. frg. 20 ipsam *honestatem* suo splendore ad se animos -ere. off. 1, 89 *leges* ad puniendum non iracundia, sed aequitate -untur. 1, 105 hominis ... mens ... audiendi delectatione -itur. Lvcr. 2, 479 rem, quae ... fidem -at primordia ... variare (523). Verg. Aen. 5, 7 duri ... dolores ... notumque, furens quid femina possit, triste per augurium Teucrorum pectora -unt (*cf.* Clavd. Don. *ad h. l.* p. 425, 26 ignis augurio colligebant aliquid ... esse commissum). Aetna 192 res oculos -ent (*i. persuadebunt*), res ipsae credere cogent. Hor. epist. 2, 1, 75 si versus ... concinnior unus et alter totum -it (*sc. secum ad animos legentium?*) venditque poema (Schol. id est propter unum versum ... totum poema pretium facit). Manil. 2, 960 *astrorum series* -it (*sc. a templis*) ... et commodat illis ... suas leges. 4, 99 est ..., quod ... in proprias -at mortalia leges. Sen. dial. 9, 1, 13 qua -erint *res* ..., sequatur oratio. 9, 17, 9 ne animus malam consuetudinem -at (*tamquam situm vel rubiginem? cf. p. 2163, 84 sqq.*). nat. 4 pr. 14 paupertas ... ingenium eo (ob *codd.*) -ret, ubi ... pretium est. epist. 65, 22 animus ad se omne ius (*sc. corporis*) -et (dicet *codd.*). 77, 12 rata et fixa sunt et ... necessitate -untur. 124, 5 beata vita fundamentum et initium a manifestis -it. Lvcan. 4, 5 concordia -xit in aequas imperium commune vices. Plin. nat. 22, 1 illa *genera herbarum* ... cibi ... commendatio ad ... experimenta -xit. Stat. silv. 2, 6, 29 non fallo aut cantus *meos* assueta licentia (*sc. poetarum*) -it. Qvint. inst. 7, 8, 3 hic status -it ex eo, quod scriptum est, id, quod incertum est. 11, 2, 39 quae bene composita sunt, memoriam serie sua -ent. decl. 341 p. 347, 6 multum impendiorum sacra -unt. Clavd. 15, 64 spes (*sc. messis Libycae*) ... solo -cta Noto. Pavl. Nol. carm. 27, 564 parvis gaudia quae -unt epulis. epist. 13, 3 p. 86, 16 mea viscera sentio suspiriis tuis -i et ... vulneris tui dolore configi. Greg. Tvr. virt. Mart. 1, 28 unum ... miraculum, quod ... comperi, putari crimen -ere taceri. *huc videtur referendum* Petron. 80, 9 nomen amicitiae sic, quatenus expedit, haeret: calculus in tabula mobile -it opus (*i. fortuna regit amicitiam?*). *singulariter, ut videtur* Manil. 2, 731 proxima *signa* tricenas *partes* ... -unt (*i. efficiunt? sed cf. p. 2148, 13. 14*). 3, 409 summam ... ⌊quam modo⌋ (quomodo *codd.*) divisis Nemeaeus (*i. signum Leonis*) -erat horis. Hor. carm. 3, 27, 76 *v. p. 2153, 55.* *nota in grammatica de declinando*: Roman. Char. gramm. I 135, 6 '*imber*' '*september*' *eqs.* non in 'is' ..., sed in 'r' debent vocis exitum -ere. Don. gramm. IV 382, 5 frequentativa ... in tres gradus -unt verbum, ut curro, curso, cursito. Serv. gramm. IV 413, 29 prima et secunda coniugationes *futurum tempus* in 'bo' -unt (*opp.* tertia ... in 'am' ... mittit). *fort. huc pertinet* Manil. 2, 470 astra ... odium foedusve gerunt conversaque quaedam in semet proprio -untur plena favore. *absolute*: Char. gramm. p. 448, 6 B. ut res -it.

2 *passive, incerto subiecto* (*venire*): Phaedr. 5, 7, 3 facile ad derisum stulta levitas -itur. Porph. Hor. sat. 2, 3, 272 ad effectum -i, quod animo speraverant *amantes*. Boeth. cons. 4, 6, 161 quod ... tristia ... proveniunt, ex eisdem -itur causis.

derivata: ducibilis, ductilis, ductim, ductio, (ductitare), ductare, ductor, ductus. *composita*: ab-, ad-, circum-, con-, de-, di-, (e)-(educare), in-, intro-, per-, prae-, praeter-, pro-, re-, retro-, se-, sub-, subter-, super-, tra(ns)- ducere.

2. duco, āre *v. s.* 1. dūco *p. 2135, 42.*

ebulum a Graecis dicitur camaesice ..., ... Galli **ducone**, Daci olma, Itali ebulum: Ps. Apvl. herb. 92 l. 23 H.-S. (*cf.* Ps. Diosc. rec. Vind. 4, 173, 1 p. 322, 15 '*Ῥωμαῖοι ἔβουλουμ, Γάλλοι δουκωνέ* [*v. Wellm. in adnot.*], *Δάκοι ὄλμα.* *v. etiam* ebucone).

ductābilitās, -tis *f.* [*a* ductare *Th.*] *i. q. facilitas eius, qui ducitur.* Acc. carm. frg. 24 M. (Non. p. 150, 16) eo plectuntur poetae quam suo vitio saepius ⟨aut⟩ -e (ducibilitate *H mg.*; ducti vilitate *ci. Quicherat*; -e ⟨animi⟩ *ci. Onions*) nimia vestra aut perperitudine.

ductārius, -a, -um [*a* ductus *Th.*] *i. q. ad ducendum idoneus.* Vitr. 10, 2, 1 per orbiculum ... traicitur -us funis. 10, 2, 4. 6. 8. *ex suppl. legitur* Fest. Gloss.^{L} IV p. 400^b (p. 301 M.) *s. v.* sucula. *n. subst.* **ductārium,** -ī. Gloss. *ἀγωγεύς, ῥυτήρ, ἐπαγωγεύς.* ducatus (*male versum*). *cf.* subductarius.

ductilis, -e [*a* ducere, ductus *Th.*] *i. q. qui duci potest.* Gloss. -e *ἑλκυστόν, ἐλατόν.* [*francog. vet.* douille *M.-L.*].

I *generatim de variis rebus*: **A** *corporeis*: Mart. 12, 31, 2 riguae -e flumen aquae. Serv. georg. 3, 24 scaena ... aut versilis erat aut -is. *ibid.* -is *erat* tunc, cum tractis tabulatis hac atque illac species picturae nudabatur interior. Avg. gen. c. Manich. 1, 7, 12 materia informis dicta est aqua, quia facilis et -is subiacebat operanti, ut de illa omnia formarentur. Cael. Avr. chron. 1, 1, 40 ut ... -e atque apertum corpus adiutoriis fiat. Apon. 9 p. 180 -is materia igni adhaerendo *probatur.* Isid. orig. 16, 16, 6 vitri temperamentum, ut flexibile esset et -e. **B** *incorporeis*: Sidon. epist. 9, 7, 3 structura *verborum* ... liquida prorsus et -is.

II *speciatim de metallis* (*cf. Leumann, d. lat. Adi. auf -lis p. 60.* Isid. orig. 16, 20, 8 -e *aes* ... dicitur, quod malleo producatur. *opp.* fusile. *cf.* Avg. in psalm. 32, 2 serm. 2, 10 tuba -is malleo producitur): Plin. nat. 34, 94 *aes* regulare ... ab aliis -e appellatum, quale omne Cyprium est. Itala num. 16, 38 (Aug. quaest. hept. 4, 30 p. 338, 3) fac ea (*turibula*) laminas -es circumpositionem altari (*λεπίδας ἐλατάς*. Vvlg. producat ... ea in laminas. Cypr. epist. 69, 8 turibula ... in lamminas -es producuntur. Rvfin. Orig. in num. 9, 1. Cypr. Gall. exod. 1073 lamina conspicui ... -is auri). Pacian. epist. 3, 26 in qua (*domo*) -e lucet argentum. Vvlg. exod. 37, 7 Cherubim ex auro -i (num. 8, 4 factura candelabri). Alc. Avit. carm. 6, 37 neto ... fulgurat auro vestis -bus concludens fila talentis. Cassiod. Ios. antiq. 12, 2 p. 334 -e aurum quatuor digitis latum (*ἔλασμα ... χρυσοῦ*). Gloss. II 570, 22 bratea: tabula -is. *hinc de instrumentis ex metallo ductili factis*: *tuba*: Itala (Lugd.) *et* Vvlg. num. 10, 2 fac tibi duas tubas (tubulas *Lugd.*) argenteas (*om. Lugd.*) -es (*σάλπιγγας ἐλατάς*). Vvlg. psalm. 97, 6 psallite domino ... in tubis -bus et voce tubae corneae (*ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς*). *interpretationes, maxime tropologicae, ad scripturae locos antecedentes*: Hier. in Ezech. 7, 14 p. 70 tract. in psalm. 97 p. 147, 9 *sqq.* in Matth. 24, 31 Avg. in psalm. 32, 2 serm. 2, 10 in psalm. 97, 6 Cassiod. in psalm. 97, 6 Greg. M. moral. 28 pr. Isid. in num. 12, 14. *cf.* Rvfin. Orig. in Ios. 7, 1 mittit *Christus* ... apostolos suos portantes tubas -es, praedicationis ... doctrinam. 7, 2 fac tibi tubas -es ex scripturis sanctis *eqs.* *alia supellex*: Vvlg. exod. 25, 31 facies et candelabrum -e de auro mundissimo (37, 17. Itala Lugd. tornatum). 25, 36 erunt universa -ia (*sc. sphaerulae, calami*) de auro purissimo (Itala Lugd. totum tornatum). Avg. loc. hept. 2, 138 *deos* sculptiles, -es fictilesque.

deriv.: ductilitas.

ductilitās, -tis *f. a* ductilis. *i. q. facilitas ducendi.* Apon. 8 p. 154 aurum -e sua semper crescit in maius.

ductim *adv.* [*a* ducere *Th.*]. Prisc. gramm. III 63, 9 a ductu (75, 12). **1** *i. q. uno haustu*: Prisc. gramm. III 63, 9 *ἀπνευστί* (Gloss. Plaut. gramm. III 58, 5). Isid. orig. 20, 5, 4 *v. infra l. 50.* Plavt. Curc. 109 expeto ... invergere in me liquores tuos, sine, -m. Isid. orig. 20, 5, 4 amystis species poculi, qua -m, id est uno spiritu, bibitur (*cf.* Porph. Hor. carm. 1, 36, 14 [*de amysti*] uno ductu potionem haurire). **2** *i. q. ducendo* (*sc. vites sim.*): Colvm. 4, 25, 2 maior ... pars operis in vinea -m potius quam caesim facienda est.

***ductio,** -ōnis *f. a* ducere (Gloss. II 577, 41 a ducendo). *i. q. actus ducendi.* Gloss. *ἕλκυσμα.* III 479, 46 -o *δημοσία* (auctio *δήμευσις vel. sim. prop. Heraeus*). **1** *rerum*: Vitr. 1, 1, 7 in aquarum -bus (1, 1, 10. 8, 6, 9 in aquae -e. 8, 6, 12 Vlp. dig. 39, 3, 10, 1). 8, 6, 2 cum habuerint a capitibus proprias -es (*aquae? fistulae?*). 8, 6, 5 -o, quae per fistulas plumbeas est futura. 8, 6, 10 tubulorum -es. *loco corrupto* 10, 3, 3. Pomp. dig. 43, 20, 3, 2 locus totus fluminis serviat -i. Vlp. dig. 39, 3, 10, 2 -em ex eo (*flumine navigabili*) fieri. Vitr. 10, 3, 2 funis circumactus directis -bus. 10, 13, 6 aries rudentium -bus et reductionibus efficiebat ... effectus. Cels. 2, 12, 1 deiectionem ... crebra alvi -e ... moliebantur. 3, 12, 1 *al.* 3, 23, 4 sanguinis missione vel -e alvi. Chiron 40 p. 16, 7 (= 467) plantae laborant ex labore viarum aut (ut *priore loco*) ex sarcinae -e (-em *posteriore loco*). *corrupte, ut vid.*, 40 p. 16, 2 (= 466) cum ... iumentum ex via aut ex arenio (sarcina *Oder*) -is laboraverit. *sim.* 713 fiunt ... haec causae ⟨a⟩ut in conamento aut a viae -em. *generatim*: Boeth. top. Arist. 6, 2 p. 970 generatio est -o ad substantiam (*Aristot. top. 6, 2 ἀγωγὴ εἰς οὐσίαν*). *ibid.* aequivoca est -o et commensuratio (*ἀγωγὴ καὶ συμμετρία*). **2** *personarum*: Vlp. dig. 43, 30, 3, 1 interdictum pertinet ad -em, ut ducere quis possit eos, in quos habet ius -is.

comp. reductio, *v. supra l. 63.*

ductito, -āvī, -ātum, -āre [*a* ductare, ducere *Th.*] *i. q. saepius, diutius, impensius ducere.* Plavt. Epid. 351 peratum ductarent (ductare at *codd.*): ego follitum -bo *patrem.* Poen. 272 quasi bella sit, quasi eam[i]pse reges -ent, monstrum mulieris (*cf.* 249 duxit domum). Rud. 584 venales illic -vit ('*mango fuit*' *Uss.*). Sol. 11, 22 ortygometra ... gregem -at (*cf.* Plin. nat. 10, 66). Don. Ter. Ad. 752 *Terenti verba citat*: restim ductitans (Ter. ductans, *v. p. 2167, 54*). Hier. epist. 50, 4, 4 *v. p. 2167, 22.* Ps. Prosp. prom. 1, 37, 54 expulsi Hebraei per eremum -antur.

ducto, -āvī, -ātum, -āre. [*a* ducere, ductus *Th.*]. Prisc. gramm.

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

III 432, 19 a ducor 'ductus', a quo '-o'. *inf. praes. pass.* -arier: PLAVT. Most. 845 Friv. frg. 6. GLOSS. διέλκω. -at frequenter ducit. -are ducere. [*corrupte* PLAVT. Persa 637 *P*].

I *aliquis ductat aliquem*: **A** *generatim*: **1** *proprie de via monstranda*: PLAVT. Most 843 istum ... circumduce hasce aedis .... nam egomet -arem, nisi mi esset ... negotium. (844) :: apage istum ... perductorem, nil moror -arier (*ambigue tam de monstratione quam de captione*). APVL. apol. 82 Pontianum flentem per forum -ans. AMM. 19, 5, 3 transfuga quodam -ante ... sagittarii ... pervenerunt. 27, 10, 7 -antibus itinerum callidis. RVFIN. hist. 2, 21, 1 falsus propheta ... -aus eos ... per desertum (περιαγαγών): 11, 4 p. 1005, 15 quo ... caecus multo -antium labore pervenit (τῶν ἀγόντων). AVG. civ. 10, 8 p. 414, 6 D. cum in deserto ... populus -aretur. **2** *translate* (*ducere animum alicuius; dicitur tam in bonam quam in malam partem*): PLAVT. Capt. 642 qui me (*Hegionem*), ut lubitum est, -vit dolis. *sim.* 755. Epid. 351 *v. p. 2166, 76. nota* Mil. 93 meretrices labiis dum -ant (*i. irrisui habent, cf. Brix-Niemeyer ad l.*) eum (*militem*), ... videas valgis saviis. Most. 844 *v. supra l. 6.* ENN. scaen. 361 set me Apollo ipse delectat, -at Delphicus. IVL. VAL. 3, 41 uti ... facile Alexandrum -em (*i. persuadeam? -um cod.*) huc ... pervenire. *de educando*: HIER. in Gal. 3, 24 *paedagogus* ab eo, quod pueros agat, id est -et. epist. 50, 4, 4 discipulorum gregem -o (ductito ς). **B** *speciatim*: **1** *amator ductat amicam* (*i. mercede conducit*): PLAVT. Asin. 164 solus si -em (*sc. Philenium*). 165 solus -ato. 169 quid modist -ando, amando (*sc. meretricem*)? 189 maledictis te eam -are postulas. 863 amicam. Men. 694 *Erotium*: nisi feres argentum, frustra (frustra ⟨es⟩ *coni.*): me -are non potes. Poen. 868 neque triobolum ullum amicae das et -as gratiis (TER. Phorm. 500, *ad q. l.* SCHOL. seducas). *ad hanc significationem videtur pertinere* QVINT. inst. 8, 3, 44 in obscenum intellectum sermo detortus est, ut '-are exercitus' et 'patrare bella' apud Sallustium (*v. l. 33 sqq.*) dicta sancte et antique ridentibus (*cf.* CHAR. gramm. I 270, 30 [p. 356, 30 B.]. DIOM. gramm. I 451, 2). **2** *imperator ductat milites*: SALL. Catil. 11, 5 exercitum, quem in Asia -verat *Sulla* (17, 7 Iug. 38, 1 per saltuosa loca. 70, 2 QVINT. inst. 8, 3, 44 *v. supra l. 30.* TAC. hist. 2, 100 HEGES. 1, 16, 3. PAVL. MED. vita Ambr. 51 contra Gildonem. IORD. Rom. 370 navali ... agmine *exercitum*. Get. 45, 238. 55, 281. 56, 283 quacumque parte). SALL. Catil. 19, 3 quos (*equites Hispanos*) in exercitu -bat. AMM. 14, 11, 33 Eunus servus -vit in Sicilia fugitivos. 16, 12, 23 -bant populos *reges*. 18, 6, 16 catervas ... praedatorum. 18, 7, 10 castra ... peterentur sese -ante. 18, 8, 3. 18, 10, 1 *gentes* (29, 5, 11). 23, 5, 25. 24, 3, 6 deo meque ... caute -ante. 26, 8, 5 auxilia. 29, 5, 14. 29. 31, 4, 7 Medicas acies ... ad Graeciam. 31, 7, 4 cohortes. 31, 11, 4 HEGES. 1, 29, 1 agmen. MARCELL. auct. chron. II p. 106, 540, 5 Gothos. IORD. Rom. 139 *Romani Gallos* persecuti sunt -ante Camillo (FLOR. epit. 1, 13, 19 duce). 142 -ante Tatio *Sabinos* (FLOR. epit. 1, 15, 1 sub Tatio). 231. 374 Get. 34, 177. 38, 199. AMM. 23, 3, 9 classis advenit tribuno ... -ante. 29, 5, 5. RVFIN. hist. 2, 14, 6 ducem ... divina proelia gerere et virtutum castra -are. CYPR. Gall. gen. 1011 ardua castra, quae deus astrigero -at moderamine rector (*cf. gen. 32, 2*). **3** *ductantur bestiae*: AMM. 19, 8, 7 qua (*habena*) batur *equus*. EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 p. 950^{C} *grues* diversis vicibus operam -andi coguntur explere.

II *aliquis ductat aliquid*: TER. Ad. 752 tu inter eas (*sc. mulieres*) restim -ans saltabis, *Micio* (*cf. gr.* κόρδακα ἕλκειν).

III *aliquid ductat aliquem*: AMM. 19, 2, 5 aëneatorum clangore -ante urbem ... cinxerunt. *sim.* 19, 7, 3. AMM. 14, 10, 11 fiducia vestri -ante ... deverti. 14, 11, 12 numine laevo -ante ... tendebat. 26, 7, 7 emergebant ... nonnulli desperatione consiliisque -antibus caecis.

pass. intrans. **ductārī** *i. q. morari, cunctari*: PLAVT. Friv. frg. 6 nave agere oportet quod agas, non -arier.

***ductor**, -ōris *m a* ducere. VARRO ling. 6, 62 ab eo quod scit ducere (ducare *F*) qui est dux aut -r, qui ita inducit, ut doceat. PRISC. gramm. II 432, 27 -r a ducendo. 434, 15 ex verbis nomina ... ut ... duco, -r; ex his quaedam dignitatium quoque inveniuntur, ut imperator, -r. *pro* ductor *hic illic in codd.* doctor *legitur, velut* CIC. Font. frg. 23. *sic etiam* CORIPP. Ioh. praef. 23 doctorum ingenium docto non carmine canto (*ubi* ductorum *Petschenig*). auctor *pro* -or *v. p. 2168, 46. 51. 2170, 3 al.* GLOSS. dux. DIFF. ed. Beck p. 53, 38 *v. p. 2129, 1.* *loci dubii*: STAT. Theb. 7, 374 *M* (rector *rell.*) Ach. 1, 78 *M* (rector *rell.*). *nota* CASSIOD. var. 9, 25, 10 legum ... -r (auctor *Mommsen cum G H*). [*corrupte*: OV. met. 12, 574 (*v. Magnus, Hermes 39, 1904, 54*), LVCAN. 3, 71 *M U G.* 3, 133 *G*]. *ante* VERG. *his tantum locis: ex coni.* ACC. trag. 522 *v. p. 2168, 50.* CAEL. hist. 45 *v. p. 2169, 41. ex coni. Lipsii* QVADRIG. hist. 32 (*codd.* auctoribus). VARRO ling. 6, 62 CIC. Font. frg. 23 Tusc. 1, 89 LVCR. 1, 86. *ap.* VERG. 23^{ies} (*cf.* SERV. Aen. 2, 14 '-es' sonantius est quam 'duces', ut 'regnatorum Asiae'). *omnes dedi locos praeter aliquot ap.* VAL. FL. SIL. STAT. AMM. HYG. VVLG. CLAVD. CORIPP.

I ***de hominibus***: **A** *i. q. qui ducunt homines*: **1** *monstrantes viam* (GLOSS. ὁδηγός): LIV. 1, 28, 6 Mettius ... est -r itineris huius, ... machinator belli, ... foederis ... ruptor. STAT. Theb. 5, 8 ut cuique ante locus -rque, monentur instaurare vias. APVL. met. 8, 16 -es illi nostri ... nos ad viam propellunt (8, 18). AMM. 17, 10, 2 -es viarum praeeuntes. 24, 7, 3 -bus praeviis. SERV. Aen. 3, 209. HIER. reg. Pachom. 63 -es fratrum in itinere. in Ezech. 47, 6 *sqq.* p. 591 (*ad*: eduxit me) -r Ezechielis (p. 592 -r praevius). VVLG. num. 10, 31. deut. 1, 30 deus, qui -r est vester *in terram Israhel* (8, 15 in solitudine magna. 31, 6 *al.* Is. 63, 14 spiritus domini -r eius fuit. Ps. RVFIN. in Os. 2, 4). II Macc. 5, 15 Menelao -e (ὁδηγὸν ἔχων). AVG. in evang. Ioh. 44, 1 si ... videt, non opus habet -e. 45, 9 Moyses -r per mare rubrum significat Christum. SEDVL. op. pasch. 5, 3 p. 276, 14 praevius -r ac signifer hostes comitaris, *Iudas.* EVGIPP. Sev. 29, 2 -r comitum. *translate: dub.* SIL. 13, 261 mussat perfidiae -rque (structorque *Heinsius*) caputque senatus Virrius. HIER. tract. in psalm. 106 p. 177, 25 *Christus* ipse et -r et via (p. 177, 28). in Ier. 2, 16/17 p. 848 ipsum (*sc. deum*) -em sequi debuit. AVG. in evang. Ioh. 123, 4 praevenire -em, *sc. Iesum* (*de Petro, cf. Ioh. 13, 37*). SACR. Leon. 377 te (*deo*) -e confidens. SALV. gub. 1, 36 in cunctis ... deus ... et inspector et invitator et -r. *de spiritu sancto* PASS. Barth. 7 p. 145, 1 (*v. p. 2129, 14*).

2 *imperantes, regentes, maxime in bello* (GLOSS. duces militum, duces, principes, archontes): CIC. Tusc. 1, 89 non modo -es nostri, sed universi etiam exercitus ad ... mortem concurrerunt. VERG. Aen. 1, 235 certe hinc Romanos ..., hinc fore -es ..., qui terras ... dicione tenerent. 4, 37 -es ..., quos Africa terra triumphis dives alit. 5, 561 tres equitum ... turmae ternique ... -es. 8, 6 -es primi ... cogunt auxilia. 8, 496 te, Aeneam, -em milibus addam. 12, 126. 562 LVCAN. 1, 356. 5, 241 (244 dux). 5, 478 -r erat cunctis audax Antonius armis. 9, 611 (*Cato.* 9, 912). VAL. FL. 1, 164 (*Iason.* 1, 296 *al.*). SIL. 1, 183. 189 (*Hannibal. item* 1, 249 *al. passim.*). 3, 317 *al.* 5, 377 turbatos ... -es (*Hannibalem et Magonem*). 8, 526 -um (*Varronis Paulique*) adventum. 9, 451 -es (*Hannibal et Scipio*). 12, 486. 14, 279 *al.* STAT. Theb. 2, 133. 7, 376 (*opp.* miles). 9, 286 *al.* AVR. VICT. Caes. 37, 3 *legionum* otium reipublicae ac -bus (doct- *codd.*) suspectum rebatur. DARES 18 -bus et exercitibus ... praefecit Priamus principem et -em Hectorem (*cf. p. 2129, 24*). 26. 27. 29 -es ... hortatur, ut imperatorem praeficiant. 37 (*ibid.* principes). AMM. 14, 2, 17. 16, 11, 1 (*opp.* miles. *item* 23, 5, 24 *al.*). 24, 1, 2 *al.* 27, 10, 9 imperio principis et -um stetit miles. SERV. Aen. 1, 190 (*opp.* vulgus). CLAVD. DON. Aen. 9, 170 VEG. mil. 3, 5 p. 74, 5. HYG. fab. 71^{b} p. 75, 1 Polynices ... cum septem -bus (68 p. 75, 2). 74 p. 79, 7 *al.* HEGES. 3, 13. 4, 23, 1. CLAVD. 18, 297 numquam spado consul in orbe nec iudex -rve fuit. 21, 160 *al.* MEROB. pros. frg. II^{A} 8 poet. 30. 44. carm. 4, 12. AVG. civ. 21, 8 p. 505, 25 D. cum populus dei -e ... Iesu Nave viam carperet. MARCELL. chron. II p. 96, 503. auct. chron. II p. 104, 535, 1 idem ... -r qui consul eligitur. SIDON. carm. 7, 332. CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 70, 9 cum rubri maris vias ... -r intravit *Moyses* (*item de Moyse*: ALC. AVIT. carm. 5, 371. 704. PS. BOETH. fid. cath. 154 -e [actore, auctore *al.*] Moyse. ARATOR 2, 1243 -bus *Moyse et Aaron* [*cf.* 1238 ducibus]). IORD. Rom. 217. 366 CORIPP. Ioh. praef. 17 *al.* *nota* 4, 516 nomine is -r fuit ille Iohannes. CARM. epigr. 1335, 17 (19 dux). *in re navali* (GLOSS. -r navis τριήραρχος, naucleros): *nota dat.*: ACC. trag. 522 Achivis classibus -r (*Io. Sarisb.*; auctor *codd. Apulei et Mar. Victorini. intellegitur Vlixes*). VERG. Aen. 5, 133 ipsi in puppibus ... -es longe effulgent (SERV. domini navium, non gubernatores. CLAVD. DON. *in h. l.* p. 441, 2 qui regebant navis et -es earum fuerant. *adde* p. 441, 8. 15 Aen. 10, 165). 5, 249. 6, 334 Lyciae -em classis (OV. met. 12, 574 Rhodiae). LAVS Pis. 227 quid ..., si -is eget, ratis efficit? SIL. 14, 408 Corbulo -r *Cumanae ratis.* 14, 453. OROS. hist. 3, 1, 14 milites, remiges ipsique -es. *translationes*: RVFIN. hist. 8, 9, 7 turmam *martyrum* praeibat -r illustrior (*episcopus*). PRVD. psych. 11 (*in allegoria de bello*) nec ..., bone -r (*Christe*), ... Christicolas ... exposuisti. 499 sacerdotes domini, qui proelia ... -es primam ante aciem ... gerebant. *latiore sensu, de quovis imperante etiam absque militia*: SIL. 6, 633 Arcadius ... paupere sub populo -r. VVLG. III Esdr. 8, 45 -es et peritos (*sc. gentis.* τοὺς ἡγουμένους καὶ ἐπιστήμονας). PRVD. c. Symm. 2, 426 *post decemviros* se geminis reddit -bus omnis publica res (*ibid.* consulibus). CLAVD. 1, 9 (*de consulibus*) saepe soles, *Sol*, -bus illis (*Probino et Olybrio*) instaurare vias. DRAC. Romul. 8, 271 *de Priamo.* *sim.* CARM. epigr. 1238, 14 (*saec. III*) -r operarum et ex opere postea factus eram (*cf.* 15 turmas messorum duximus). *de Iove* SEN. Herc. f. 299 o deorum -r. *de Hercule* VAL. FL. 2, 468 (*v. Langen ad h. l.*).

iuncturae ad 2: -r *apponitur nomini ducis*: VERG. Aen. 9, 688 -i Turno. MANIL. 1, 899 -em rapuit Germania Varum. VAL. FL. 6, 48 Bisaltae legio -rque Colaxes. SIL. 6, 612 Fabio ... -i. 8, 463 -r Piso. 9, 153. 14, 37 Siculo -e (*cf. Dionys. antiq. 1, 22, 4* ἄγοντος αὐτοὺς Σικελοῦ). 14, 408 *v. supra l. 57.* HOMER. 777. ARNOB. nat. 1, 15 Nino ... Zoroastreque -bus. AVSON. 234, 2. 237, 1 AMM. 26, 8, 3 VVLG. III Esdr. 8, 34 IORD. Get. 13, 77 CORIPP. Ioh. 1, 387 *al.* *accedunt*: *adiectiva*: amplissimus: AMM. 29, 5, 45. armipotens: SIL. 13, 711. audax: FIRM. math. 4, 21, 12. bellicosus: AMM. 14, 9, 1. 16, 12, 18. bonus: CIC. Font. frg. 23. VOPISC. Prob. 11, 6 (*in acclamatione*) dignus et fortis et bonus -r, bonus imperator. PRVD. psych. 11 *v. supra l. 59.* CLAVD. 10, 334 optime -um. PRISC. Anast. 84 -um ... optimus. castus: SIL. 17, 130. cautus: SIL. 15, 323. commodissimus: AMM. 18, 6, 3.

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

egregius: AMM. 27, 2, 8 IORD. Get. 10, 66. eximius: IORD. Get. 22, 115. fidelis: IORD. Get. 33, 172. fidentissimus: AMM. 26, 8, 3. fortissimus: VERG. Aen. 8, 513. 10, 185 SIL. 7, 329. 10, 478 PRVD. apoth. 450 armis. c. Symm. 2, 547 CORIPP. Ioh. 1, 375 (fortis: *v. p. 2168, 82*). fugax: SIDON. carm. 2, 285. fulmineus: SIL. 17, 548 *Hannibal* (flamineus *codd.*). geminatus gaudia (*i. cui gaudia geminabantur*): SIL. 10, 513. gloriosus: AMM. 31, 5, 17. ignavus: SEN. Ag. 236. illustris: *v. p. 2168, 59.* immitis: SIL. 12, 87. impiger: LVCAN. 1, 228 (*Caesar*). inclitus: ALC. AVIT. carm. 5, 704. invictus: MEROB. pros. frg. II^A 8. legifer: ALC. AVIT. carm. 5, 371 (*Moyses*). magnanimus: SIL. 16, 645 HOMER. 777 CORIPP. Ioh. 1, 97 *al.* magnificus: AMM. 28, 6, 26. magnus: SIL. 8, 206 (*loco fort. spurio*). AMM. 16, 2, 11 CORIPP. Ioh. 3, 18 CARM. epigr. 1335, 17. maximus: VERG. Aen. 8, 470 LVCAN. 8, 760. SIL. 6, 83 maxime . . . -um. nefandus: CORIPP. Ioh. 8, 266. nobilis: CLAVD. DON. Aen. 11, 265 IORD. Get. 16, 91. periculosus: FIRM. math. 4, 21, 12. peritus: AMM. 21, 8, 3. 25, 9, 7 rei gerendae. placidissimus: STAT. silv. 3, 3, 167 *Domitianus.* potens: PRISC. Anast. 64 fide nec non virtute. primus: VERG. Aen. 9, 214. LIV. 10, 21, 15 omnium (*supra*: dux). pulcherrimus: OV. met. 12, 574. saevus: SIL. 16, 617. spectatissimus: AMM. 24, 3, 7. strenuus: MARCELL. chron. II p. 99, 514, 3. summus: IORD. Get. 37, 196. superbus: SIL. 5, 574. venerandus: SIL. 15, 275. verendus: STAT. Ach. 1, 599. utilis: AMM. 16, 12, 24. *gen. qualit. pro adi. v. infra l. 79.* VERG. Aen. 9, 775 -es . . . T e u c r i. 10, 601 -r Dardanius (*Aeneas.* 10, 813 SIL. 1, 15 *Scipio.* 7, 585 *Minucius.* 15, 242 *al.*). 12, 456 Rhoeteius (*Aeneas.* SIL. 14, 487 *Marcellus.* 17, 487 *Scipio*). LVCAN. 3, 233 Pellaeus (*Alexander*). SIL. 1, 143 Tyrius (*Hamilcar.* 4, 60 *Hannibal.* 5, 191 *al.* STAT. Theb. 11, 205 *Eteocles*). 1, 296 Sidonius (*Hannibal.* 3, 406 *al.*). 3, 631 Agenoreus (*Hannibal.* 12, 282 *al.* STAT. Theb. 3, 31 *Eteocles*). 3, 707 Aetoli -is (*Diomedis.* 13, 31). 4, 243 Ausonius (*Scipio. item* 4, 445. *opp.* Tyrio regi *i. Hannibali.* 4, 529 *Sempronius.* 14, 666 *Marcellus.* 15, 173 *al.*). 6, 504 Amyclaeum -em (*Xanthippum*). 6, 633 Arcadius (*Euander; v. p. 2168, 63*). 6, 671 -is . . . Poeni (9, 418 *al.*). 9, 181 -r . . . Libys et Romanus . . . excibant (Romanus: CLAVD. DON. Aen. 10, 200 AMM. 15, 13, 4 IORD. Get. 56, 287. 60, 308 [*ibid.* dux]. Rom. 84 CORIPP. Ioh. 1, 485). 12, 259 Libycus (15, 471 *al.*). 12, 290 Italus. 15, 443 Latius (16, 138 *al.* STAT. silv. 3, 2, 104 *Domitianus*). STAT. Theb. 12, 715 Thebanus (*Creon*). 12, 726 Cecropiis . . . -bus. AVSON. 419, 19 Ithacensius. CLAVD. DON. Aen. 5, 570 Troianos -es. PRVD. c. Symm. 2, 302 Trinacrius (*Acestes*). CLAVD. carm. min. 27, 84 Parthicus. VAL. FL. 1, 240 -r Aesonius (*Iason*). *genetivi*: CAEL. hist. 45 -bus hostium (AMM. 31, 7, 9 IORD. Get. 37, 196). LIV. 7, 41, 4 ne quis, ubi (qui *codd.*) tribunus militum fuisset, postea ordinum -r esset. SEN. Ag. 39 rex ille regum, -r Agamemnon ducum (100 mille -em ducum. DRAC. Orest. 25 -um -r, regum rex, dux Agamemnon. CORIPP. Ioh. 1, 50 -em . . . ducum summumque magistrum militiae). STAT. Theb. 8, 431 cunei. 10, 235 turmae (SVET. Tib. 6 CLAVD. DON. Aen. 5, 565). silv. 4, 8, 47 -r populi longe migrantis, Apollo. TAC. hist. 3, 47 haud temnendae manus. 4, 21 iusti . . . e x e r c i t u s (CLAVD. DON. Aen. 12, 560 p. 617, 5. AMM. 30, 5, 2. 28, 6, 26 exercituum. SERV. ecl. 4, 1 Aen. 12, 587 HEGES. 1, 14, 1 [*Ios. bell. Iud.* 1, 126 στρατηγός]. AVG. civ. 18, 45 p. 326, 32 D. IORD. Rom. 371). ann. 2, 10 popularium. 12, 34 gentium -es (IORD. Get. 16, 91 CORIPP. Ioh. 1, 468). LACT. inst. 3, 17, 41 archipirata quispiam vel l a t r o n u m . . . -r (AVR. VICT. epit. 28, 4 AMM. 23, 6, 2). epit. 67, 1 *impiorum* (*opp.* multitudo). AMM. 14, 9, 1 militum. 25, 1, 2 agminis (CLAVD. DON. Aen. 7, 705). 16, 12, 20. 25, 1, 8. 29, 1, 4 partium. 29, 5, 27. CLAVD. DON. Aen. 7, 465 p. 70, 15 multitudinum. PRVD. c. Symm. 2, 433 militiae (MARCELL. chron. II p. 91, 479, 1. 95, 499, 1. 96, 505. 99, 514, 3). PRISC. Anast. 64 principis . . . -es. LVCR. 1, 86 -es Danaum delecti, prima virorum (VERG. Aen. 2, 14 -es Danaum . . . equum . . . aedificant. CARM. epigr. 2292). VERG. Aen. 8, 470 Teucrorum (*Aeneas.* 8, 513 Teucrum atque Italum [*cf.* SIL. 4, 504 -es Italum. 14, 353 Italum (*acc.?*) -em]. 9, 214 -es Teucrum). 10, 185 Ligurum. 11, 266 Achivum (*Agamemnon*). SIL. 5, 574 Poenum -r (7, 530 Poenorum). 8, 206 (*loco fort. spurio*) Libyssae . . . gentis. 16, 154 Nomadum (*Massinissa*). HOMER. 519 Paphlagonum. STAT. Ach. 1, 752 Pelasgum. DARES 33 Persarum (*Memnon*). PRVD. c. Symm. 2, 547 Macetum (*Alexander*). MARCELL. chron. II p. 92, 479, 1 priscis Romanorum -bus (p. 96, 503 IORD. Get. 26, 135). IORD. Get. 10, 66 Gothorum (22, 115). CORIPP. Ioh. 3, 406 Maurorum. *pro nom. propr. pron. possess.*: CIC. Tusc. 1, 89 *v. p. 2168, 20.* TAC. ann. 4, 46 HEGES. 5, 12 MARCELL. chron. II p. 74, 420, 2. 96, 503 IORD. Get. 60, 309 (*ibid.* dux). CORIPP. Ioh. praef. 38. *c. gen. r e g i o n i s, l o c i*: SIL. 4, 39 Libyae -r (*Hannibal.* 4, 529 *al.*). 11, 117 Carthaginis . . . -em (*Hannibalem*). 12, 87 Capuae (*Virrius*). STAT. Theb. 3, 349 Lernae (*Adrastus*). 5, 733 Nemeae (*Lycurgus*). CORIPP. Ioh. 3, 409 Tripolis (*i. limitis Tripolitani*). STAT. Theb. 12, 323 b e l l i (*Polynices.* CORIPP. Ioh. 6, 206 bellorum). AMM. 18, 6, 3 rei. c a m p i -r *v. s.* campidoctor (*p. 211, 49. 51*) *et s.* doctor (*p. 1774, 46*). *c. gen. q u a l i t.*: SIL. 15, 275 pudici -r . . . animi. AMM. 31, 11, 1 vigilantiae notae -i. PRVD. c. Symm. 2, 533 stirpis Iuleae (*Augustus*). *c. d a t. pro gen. subi.*: ACC. trag. 522 (*v. p. 2168, 50*). *c. p r a e p.*: PROP. 4, 10, 9 Acron Herculeus, Caecina -r a b arce.

3 *m a n g o n i s officio fungentes*: CLAVD. 18, 59 *Eutropius eunuchus* fora venalis Galata -e frequentat.

B *i. q. qui ducunt b e s t i a s: an i. q. eques?* STAT. Theb. 9, 286 sonipes *vulneratus* . . . exiluit . . . alte . . ., haut tamen est turbatus flumine (fulmine *al.*) -r. HOMER. 489 non -r (*un. cod.*, auctor, actor *rell.*) gregis ipse . . ., non . . . terret turba canum *lupum.* APVL. met. 7, 25 nullum semet vidisse -em *asini* (*supra*: agaso). AVIEN. orb. terr. 1184 cornigeri -r gregis (*cf.* 1183 qui . . . pecus educat agro). CLAVD. DON. Aen. 3, 465 equos cum -bus suis (VERG. duces).

C *i. q. qui ducunt (i. tractant, fingunt) ferrum*: PRIAP. 32, 13 -r ferreus insulariusque.

II *de* ***bestiis***: VERG. georg. 4, 88 ubi -es (*apium*) acie revocaveris ambo. VERG. Aen. 1, 189 -es *cervorum* . . . capita alta ferentes. SEN. Phaedr. 118 -r indomiti g r e g i s (*taurus.* 116 pecoris efferum saevi ducem. STAT. Theb. 6, 864). STAT. Theb. 5, 330 -em . . . stabulique maritum . . . stupuere . . . iuvencae. 7, 439 -r taurus init fecitque vadum. Ach. 1, 313 pater armenti . . . -rque (rectorque *M*) futurus (SCHOL. Stat. Theb. 5, 431 armenti). SEN. Thy. 226 aries, -r opulenti gregis. Tro. 1035 SIL. 3, 685 AMBR. Abr. 1, 8, 78. PLIN. nat. 8, 148 *luporum* greges suum quisque -em e canibus et ducem habent. ZENO 1, 6, 2 p. 313^B piscium . . . cum suis sibi -bus . . . innumerabiles cunei. AVIAN. fab. 13, 4 Cinyphii -r . . . gregis (*caper*).

III *de* ***rebus***: STAT. Theb. 4, 118 fluviorum -r Achivum, Inache. silv. 3, 5, 111 tibi -r aquarum Thybris. HIL. gen. 79 *sol* astrorum -r. TER. MAVR. 1360 *de pyrrhichio*: iure primus, ἡγεμὼν qui dictus est, auctor et -r melorum.

comp.: *cf.* aquaeductor. campiductor, manuductor.

f. **ductrīx,** -īcis. *i. q. quae ducit, dux.* DARES 36 Amazonidum -em Penthesileam. GRAMM. suppl. p. 115, 11 n e u t r a in ix, ut ductor -x, ut est hoc exemplum: 'sidus magorum -x'. *cf. Wackernagel, Vorles. üb. Synt. II 54.* *comp.* manuductrix.

***ductus,** -ūs *m. a* ducere. *i. q. actus ducendi, ductio, res ducta. n.* ductum (*nom. acc.* *abl.* -o: PS. HIER. expos. in Matth. p. 545^D): *v.* aquaeductus *vol. II 364, 46 sqq. adde* CORP. VIII 2728, 64 duc⟨tum⟩ hoc Saldense. 76 aquae -um . . ., (78) quod. *dat.* -ui: FRONTIN. aq. 72. *gen.* -uum: FRONTIN. aq. 7. 17. 64. 94 *al.* *dat. abl.*: -bus: SEN. epist. 47, 6 VAL. FL. 7, 168 FRONTIN. aq. 75. 128 SOL. 1, 106. 13, 3. 37, 20 PALLAD. 6, 3, 1 *al.* AMM. 26, 9, 5 SORAN. p. 11, 18 MART. CAP. 5^ies COD. Iust. 8, 12, 1 pr. (*a. 485*). *reliquae terminationes tritae. abl. sing. inde a* PLAVTO (*v. infra l. 52*) *rell. casus inde a* CIC. (*v. infra l. 43*). *vocabulum non habent* VERG. HOR. TIB. PROP. CELS. PETRON. *al.* [*raetor.* duoch, *francog. vet.* duit. *M. L.*] *omisi multa exempla* LIVI, *aliquot ap.* VELL. PLIN. FRONTIN. VLP. COD. Theod.

I *de* ***animantium*** *per* ***animantia*** *ductione*: **A** *p r o p r i e (per loca)*: **1** *in r e m i l i t a r i*: *diversis casibus*: CIC. epist. 3, 11, 4 omnes vires civitatis se ad Pompei -um applicaverunt. VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 ad . . . aestimandos . . . militaris -us. PLIN. nat. 6, 49 arae ibi sunt ab Hercule ac Libero Patre constitutae, item Cyro et Semiramide atque Alexandro, finis omnium eorum -us ab illa parte terrarum (*locum aliter legisse vel intellexisse videtur* SOL. 49, 6; *v. p. 2174, 22*). PS. QVINT. decl. 3, 19 -um ⌊tuum⌋ (*sc. Mari*; tuis *codd.*) longa serie dignitatis . . . meliorem fecisti. AMM. 23, 5, 7 cuius (*Gordiani*) actus . . . exercituumque felicissimos -us . . . digessimus. 26, 9, 5. *abl.* ductu: PLAVT. Amph. 196 ut gesserit rem publicam -u imperio auspicio suo *Amphitruo* (rem gerere: *v. l. 56. 60. 61*). LIV. 40, 52, 5 (*ex titulo triumphali Regilli*) auspicio, imperio, felicitate -uque eius . . . classis . . . fugata est. INSCR. Mummi carm. epigr. 3 duct(u) auspicio imperioque eius Achaia capt(a) *eqs.* CIC. Manil. 61 rem optime -u suo gerere. PS. CIC. exil. 29 civitas cum . . . esset incensa, meo -u ac labore restincta est. CAES. Gall. 7, 62 cuius (*Caesaris*) -u . . . superassent. civ. 1, 7, 6 cuius imperatoris -u . . . rem publicam . . . gesserint. SALL. epist. Pomp. 1 -u meo . . . hostes fusi. hist. frg. 1, 88 NEP. Paus. 1, 3. Dat. 5, 4 quorum -u res male gestae. LIV. 3, 61, 12 ignominiae decemvirorum -u acceptae. 4, 43, 1. 4, 46, 5. 6, 24, 6. 7, 7, 1 *al.* 21, 2, 2 Hannibalis -u (*supra*: Hamilcare duce). perioch. 27 p. 33, 12 (*syn.* operā). PAVL. FEST. Gloss.^L IV p. 328^a (p. 222 M.) VELL. 2, 38, 1. 2 *al.* 2, 73, 3 vindicatum armis ac -u patris sui mare. 2, 78, 1 virtute et -u Ventidii. 2, 115, 4 non iam -u, sed manibus atque armis ipsius Caesaris . . . pacati sunt. VAL. MAX. 2, 8, 2. 4, 7, 7. 9, 1 ext. 6. CVRT. 3, 10, 4 Macedones . . . non ipsius (*Alexandri*) magis quam suo -u profecti. 6, 3, 2 alia -u meo, alia imperio auspicioque perdomui. PLIN. nat. 6, 52 *al.* FRONTIN. strat. 2, 6, 1. 2, 8, 12. TAC. Agr. 5 consiliis -uque alterius. hist. 2, 24. 4, 80. ann. 14, 35 feminarum -u bellare. SVET. Vesp. 4, 1 FRONTO p. 204, 14 N. PANEG. 2 (10), 11, 4. 6. VOPISC. Aurelian. 17, 2 tuo magisterio milites uti volo, tuo -u tribunos. TREB. Gall. 7, 3 Romanorum ducum virtute ac -u. CAPITOL. Gord. 27, 7 cuius -u et dispositione. AVR. VICT. Caes. 16, 4. AMM. 31, 2, 7 primatum -u. SVLP. SEV. chron. 1, 20, 6 ut spreto Moysi imperio ducem . . . pararent, cuius -u in Aegyptum reverterentur. 1, 24, 1. 2, 21, 1. 2, 26 6. *nota praep.*: HYG. fab. 101 p. 94, 8 sine Telephi -u. *plur.* SOL. 1, 106 *Caesaris* d u c t i b u s . . . *tot* milia caesa hostium. *cf. etiam p. 2171, 3.* *t r a n s l a t i o n e s*: OV. am. 2, 12, 8 est -u capta puella meo. VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 qui studia nostra -u et auspiciis suis . . . alacriora reddidit. SEN. epist. 33, 4 omnia . . . unius *philosophi* -u et auspiciis dicta sunt. LVCAN. 9, 22 *v. p. 2171, 24.* FRONTO p. 120, 21 N. eloquentia *tua, Caesar*, . . . meo -u . . . meoque

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

auspicio nata est. SVLP. SEV. epist. 3, 21 qui mundum -u illius (*Martini*) vicerant. MART. CAP. 1, 91 *Iuppiter*: possem certa meis promere -bus (*i. auspiciis, voluntate*).

iuncturae ad 1: *epitheta*: -s *dicitur*: elumbis: ENNOD. opusc. 6, 3 p. 402, 22. felix: AMM. 23, 5, 7. 26, 9, 5. infelix: LIV. 7, 6, 10 VAL. MAX. 8, 1 damn. 4. infidus: SIDON. carm. 7, 442. militaris: *v. p. 2170, 45.* prosper: COLVM. 1, 3, 10. tumultuarius: AMM. 31, 2, 7. *adiuncta*: -u auspicio *sim.*: PLAVT. Amph. 196 *v. p. 2170, 52.* INSCR. Mummi carm. epigr. 3 *v. p. 2170, 55.* PLAVT. Amph. 657 auspicio meo atque -u. LIV. 3, 42, 2 -u atque auspicio decemvirorum. 6, 12, 6. 24, 8, 18 *al.* PANEG. 5 (8), 5, 4 -u atque auspicio numinis tui. AVR. VICT. Caes. 42, 19. LIV. 40, 52, 5 *v. p. 2170, 54.* BELL. Alex. 43, 1 -u auspicioque (ausioque, ausuque *codd.*) suo. LIV. 5, 46, 6. 5, 49, 6 *al.* FRONTO p. 120, 21 N. *v. p. 2170, 84.* p. 121, 3. 217, 17. GLOSS. V 288, 5 -u auspicioque: ille qui duxit non duxit nisi vidit signum de caelo aliquod. LIV. 3, 1, 4 Quincti -u et auspicio. 3, 17, 2. 10, 7, 7 plebeiorum. CVRT. 6, 3, 2 *v. p. 2170, 69.* *cf. glossas corruptas*: GLOSS.L II Abav. DU 3 ducto (ductu *Hildebrand*) auspicio, ex divina requisitione quod potest duci vel nuntiari (*cf.* I Ansil. DU 62). *v. Löfstedt, Arch. 14 (1906) 131.* -u auspiciis *sim.*: TAC. ann. 2, 41 -u Germanici, auspiciis Tiberii. SVET. Aug. 21, 1 partim -u partim auspiciis suis. VELL. 2, 39, 1 eius -u auspiciisque. VAL. MAX. 3, 7, 1d meo -u meisque auspiciis. CORP. V 7817 (*ex Plin. nat. 3, 136*). LVCAN. 9, 22 auspiciis raptus patriae -uque senatus. VAL. MAX. 3, 2 ext. 5 -u et auspiciis meis. 4, 7 ext. 2 *v. p. 2170, 81.* SEN. epist. 33, 4 *v. p. 2170, 82.* VAL. MAX. 6, 5, 1 -u atque auspiciis suis. PANEG. 9 (12), 15, 2. -u imperio *sim.*: PLAVT. Amph. 196 *v. p. 2170, 52.* CIC. har. resp. 3 -u et imperio. CVRT. 5, 1, 1 -u imperioque Alexandri. PANEG. 10 (4), 29, 6 dignos ... -u eius imperioque. LIV. 40, 52, 5 *v. p. 2170, 54.* INSCR. Mummi carm. epigr. 3 *v. p. 2170, 55.* CVRT. 6, 3, 2 *v. p. 2170, 69.* LIV. 10, 19, 14 suo ... impetu magis ... quam cuiusquam -u aut imperio pugnam capessebant.

2 *extra rem militarem*: **a** *de dis, deo*: LIV. 5, 21, 2 tuo -u ..., Pythice Apollo, tuoque numine instinctus pergo. APVL. met. 6, 15 *aquila* -u Cupidinis Iovi pocillatorem Phrygium sustulerat. AMM. 17, 12, 4 imperator ... -u laetioris fortunae profectus (*sim.* 26, 7, 15). 22, 8, 3 ad Ausoniam -u numinum properavit Aeneas. PAVL. NOL. carm. 16, 155 dei -u capit ... compluvium. *cf.* CARM. epigr. 292, 2 divinae mentis -u. BOETH. cons. 4, 1, 37 *Philosophia ad B.*: in patriam meo -u, mea semita ... revertaris. **b** *de bestiis*: SOL. 2, 46 duces *avium* duo sunt ...: alter agmen anteit ..., ut -u certum iter dirigat. 25, 6 *elephanti vagabundo homini* -us usque ad notas vias praebent. HYG. astr. 2, 20 p. 61, 20 *Liber Arietem* XII signorum principem voluit esse, quod illius optimus exercitui fuerit -s (*fugiens nempe milites persequentes ad aquam deduxerat*). ITALA Ezech. 17, 3 (Hier. in Is. 33, 7 p. 435) *v. p. 2173, 17.* PAVL. NOL. carm. 16, 230 pecudes -u pastoris egebant. FAVST. REI. grat. 1, 7 p. 23, 7 hominem ... brutis animantibus comparandum, ut ad viam rectam nullo suo -u, sed violento ... auctoris (actoris?) imperio pertrahatur. *huc traho* VAL. MAX. 4, 1 ext. 7 illis piscium se capturam vendidisse affirmantibus, hoc fortunam -us emisse dicente (*supra*: iactum emerat).

B *translate (de re militari v. p. 2170, 43): fere i. q. ambages, tergiversatio, praetextus* (*cf.* duco *p. 2145, 83*): SERV. Aen. 5, 687 bene ... 'si' ubique interponit: hic enim est optimus -s (*F M n*; dictus *N L H*. id est color et dicendi modus *suprascr. l*), qui agentis voluntatem latenter ostendit. 10, 617 'nunc ... poenas' -s est; nam non agit, ut pereat, sed magis favet eius saluti. 11, 434 etiam utitur -u *Turnus*: nam oblique promittit se ... dimittere velle, cum nolit. 12, 15 'sedeant ... Latini' -s est, ut diximus supra (*11, 434*): pollicetur enim se ... dimicare velle, cum nolit (*v. adnot.*). *aliter in rhetorica v. p. 2173, 47.*

II *de animantium per res ductione* (*proprie et translate*): **A** *ducunt: via, stellae, aliae res corporales*: CARM. adv. Marc. 1, 47 stellae ... -u mirantur *sacerdotes* (*i. magi?*) dominum tantum se cernere partum. *sim.* ENNOD. opusc. 2, 31 p. 297, 10 Christo clavum tenente portum ingrediar ... habiturus in -u illorum facultatem *tamquam stellas.* EPIST. pontif. Thiel Symm. 5, 1 (= CONC. Rom. a. 501 p. 426, 12) quos ad praesentiam principis ipse itineris -s attraxit.

B *ducunt cupidines, alia incorporalia*: SEN. dial. 5, 2, 5 sine more, sine auspiciis populus -u irae suae egressus. AMBR. Noe 7, 16 vitae ... tramitem virtutis -u secuti sunt. ENNOD. opusc. 2, 88 p. 314, 23 unus vobis ad utramque contumeliam -s est criminum. FACVND. defens. 8, 2 p. 714A non ex -u ratiocinationis nostrae colligitur, sed ipsis ... Procli verbis ... demonstratur, quoniam. *cf.* AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 36 ut carnis ... motus rationabili -u regeret *anima.*

III *de rerum per animantia ductione*: **A** *rerum corporalium*: 1 *aquarum sim.*: *de ipsa actione ducendi*: FRONTIN. aq. 35 *aquam* segnitiā -us modum ... deperdere. TAC. ann. 1, 75 mole publicae viae -uque aquarum labefactas aedis. LABEO dig. 8, 5, 21 si qua aqua nondum apparet, eius iter, -s constitui non potest. POMPON. dig. 8, 3, 25 aquae -us ius. *de iure ducendi*: *v. sub* aquaeductus *vol. II 365, 8. adde* PAVL. dig. 43, 20, 7 si de via, itinere, actu, aquae -u agatur. *de aedificio* (GLOSS. ἀγωγεὺς ὕδατος, ὑδραγώγιον, ἀγωγός. -um *neutr. v. p. 2170, 31*): CIC. Caecin. 74 aquae -s, haustus, iter, actus a patre, sed rata auctoritas harum rerum ... ab civili iure sumitur. FRONTIN. aq. 5 cuius (*fontis*) -s usque ad Gemellos efficit rivo subterraneo passuum sex milia. *ibid.* -s eius (*Appiae*) habet longitudinem ... passuum *tot.* 6. 7 Appiae Anionisque -us (*pl.*). 10 acquisitionum -us (*gen.*) rivi subterranei (*nom.*) efficiunt passus *tot.* 14 si eam (*aquam*) -s Marciae non caperet. 21 rectus ... -s secundum Spem veniens ... in altos rivos ... diducitur. 22 Alsietinae -s post naumachiam, cuius causa videtur esse factus, finitur. 66 modum *aquae*, qui in proprium -um Tiburtium derivatur. *ibid. aquam* recipi in -um. 72. 75 aquas ex -bus publicis in privatorum usus derivare (75. COD. Theod. 15, 2, 4 *a. 389*). VLP. dig. 43, 21, 3, 3 si aqua ... per plures -us ducatur. CORP. VIII 20266 (*saec. IV*) -um thermarum. -s *nude pro* aquaeductu *v. supra; adde*: FRONTIN. aq. 7. 9 p. 7, 27. 97, 124. CORP. VIII 2728, 56. 64. II 4509 (*a. 107*)? *de aquaeductu naturali v. p. 2174, 8 sqq., de canali naturali v. p. 2174, 12 sqq.*

iuncturae ad 1: *verbales*: (aquae) -s: dilabitur: FRONTIN. aq. 9 p. 7, 27. fert in oppidum: FRONTIN. strat. 3, 7, 6. quassatur vetustate: FRONTIN. aq. 7. venit: *v. supra l. 7.* usum aquae praestat: COD. Theod. 15, 2, 2 (*a. 369*). (aquae) -um: abducere: EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. (Corp. X 4842) 35. absolvere: CORP. VIII 2728, 76. assignare: CORP. VIII 2728, 56. avertere: EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. (Corp. X 4842) 35. constituere, ⟨constr⟩uere: CORP. VIII 20266 (*saec. IV*). consummare: FRONTIN. aq. 5. corrumpere: EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. (Corp. X 4842) 35 CORP. XI 4582. custodire: FRONTIN. aq. 124 CHAR. dig. 50, 4, 18, 6. dedicare: CORP. VIII 20266 (*saec. IV*). destruere: ANON. Vales. 12, 71. diducere: *v. supra l. 8.* diruere: VLP. dig. 9, 2, 27, 32. ducere: NERAT. dig. 8, 3, 2, 1. fabricare: HIER. epist. 18A, 1, 2. facere: *v. supra l. 9. adde* ANON. Vales. 12, 71. inchoare: FRONTIN. aq. 13 PLIN. epist. 10, 38, 1 SVET. Cal. 21 Claud. 20, 1 CORP. VIII 2728, 76. incidere: VVLG. Iudith 7, 6. instituere: CORP. VIII 20266 (*saec. IV*). intercidere: VLP. dig. 9, 2, 29, 1. intercipere: FRONTIN. aq. 7. interrumpere: FRONTIN. aq. 124. intersecare: AMM. 21, 12, 17. intervertere: SCAEV. dig. 43, 20, 8. mundare: COD. Theod. 15, 2, 1 (= Iust. 11, 43, 1 *a. 330*). perficere: CORP. VIII 20266 (*saec. IV*). pessum dare: PANEG. 11 (3), 9, 2. reficere: FRONTIN. aq. 7 CASSIOD. var. 4, 31, 1 CORP. XI 4582. renovare: ANON. Vales. 12, 71. reparare: MARCELL. chron. II p. 84, 452, 1. restaurare: ANON. Vales. 12, 71 CORP. XII 4355. restituere: FRONTIN. aq. 9 p. 7, 27. rumpere: FRONTIN. strat. 3, 7, 6. trahere: ENNOD. epist. 1, 18, 5 p. 30, 15. traicere: VLP. dig. 9, 2, 29, 1 per ... domum. transducere: VLP. dig. 6, 2, 11, 1. tueri: FRONTIN. aq. 98. vindicare: FRONTIN. aq. 7 p. 5, 14. violare: FRONTIN. aq. 97. *nominales*: (aquae) -ūs: aqua: FRONTIN. aq. 72. capacitas: FRONTIN. aq. 67. caput: FRONTIN. aq. 64. fauces: FRONTIN. aq. 15. forma: FRONTIN. aq. 17. opus: TRAIAN. Plin. epist. 10, 91. rivus: *v. supra l. 5.* soliditas: CASSIOD. var. 5, 38, 1. tutela: FRONTIN. aq. 94. 116. 119. aquae ductus: *v. vol. II 364, 39. adde*: CIC. Caecin. 74 (*p. 2171, 84*). Att. 13, 6, 1 PAVL. FEST. p. 2 M. PLIN. epist. 10, 37, 1 (*ibid.* -s *nude*). 10, 38, 1 TRAIAN. Plin. epist. 10, 91 SVET. Cal. 21 POMPON. dig. 8, 3, 25 PAVL. dig. 43, 20, 7 CAPITOL. Pius 8, 3 Antiatum aquae -s. PALLAD. 9, 11 *tit.* COD. Theod. 15, 2, 2. 4 (*a. 369*). 15, 2, 6 (*a. 395*) PROSP. chron. I 410, 398 CASSIOD. var. 4, 31, 1 CORP. XIV 2797. 4147. VIII 18700. ductus aquae: VITR. 8, 6, 1 -us (*pl.*) ... aquae. ENNOD. epist. 1, 18, 5 p. 30, 15 CASSIOD. var. 7, 6, 6. CORP. VI 1252 arcus -us aquae Virginis ... restituit. XII 4388? SYNON. Cic. Char. gramm. p. 421, 3 B. -us aquae, iter, cursus. ductūs aquarum: CIC. leg. 2, 2 -us ... aquarum, quos isti Nilos et Euripos vocant. off. 2, 14 -us aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes. S. C. Frontin. aq. 126 FRONTIN. aq. 13 strat. 3, 7, 6 TAC. ann. 1, 75 SVET. Claud. 20, 1 AMBR. in psalm. 118, 17, 33. HEGES. 1, 30, 2 (*ex Ios. bell. Iud. 1, 286 ἐκδοχείων ὕδατος*). aquarum ductus: CIC. off. 2, 60 navalia, portus, aquarum -us. VITR. 8, 6, 2 (*pl.*) PLIN. nat. 16, 224. 36, 121 aquarum Appiae, Anienis, Tepulae -ūs. 36, 122 PANEG. 11 (3), 9, 2 SPART. Hadr. 20, 5 AMM. 21, 12, 17 COD. Theod. 15, 2, 1 (*a. 330*) COD. Theod. 13, 4, 3 (= Iust. 10, 66, 2 *a. 344*) *v. p. 2174, 9.* AMBR. in psalm. 118, 17, 34, 1. CORP. XIII 966 aquas earumque -um. PALLAD. 6, 3, 1 *ager umidus* fossarum -bus ... siccetur. *in translatione*: AMBR. in psalm. 118, 17, 31 'decursus aquarum' ... quia per eos (*oculos*) tamquam meatus undantium fluentorum ita exuberantium lacrimarum se quidam -s effuderit. *cf.* 17, 33. 17, 34, 1 inanes et vacuos -us.

2 *aedificiorum sim.*: CIC. rep. 2, 11 tractus -usque muri. LVCR. 4, 426 porticus aequali ... est ... -u. LVCAN. 4, 419 *in construendis navibus* firma gerendis molibus insolito contexunt robora -u.

3 *rerum, quae trahuntur*: APVL. met. 9, 4 plausus manum et aurium flexus et -um capistri ... patiebar. SERV. auct. georg. 3, 188 ut sit in utraque parte -s facilis *frenorum.* TERT. pudic. 2 p. 223, 22 de auctoritate scripturarum eiusmodi funem contentiosum alterno -u in diversa distendere. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 25 -u contrario fasciolae corrigere depravata. CARM. epigr. 1169, 2 Fata deum tria, quae ... staminis ... -u tempora divi⟨di⟩t⟨is⟩. RVFIN. Orig. in Ios. 23, 3 p. 442, 17 B. quae (*virtus*) ... Iesu filio Nave ... non ad aliquam gratiam ... -um praebeat sortis. *de re ipsa, quae trahitur*: ALC. AVIT. hom. 24 p. 142, 27 *in altari* -s setinus (ducte scinas

[*Hey*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

papyr. Paris.) longitudine conspicua (*'significari videtur aulaeum sericum' Peiper. cf. e. gr.* LAMPR. Comm. 15, 6).

4 *rerum, quae variis modis manu moventur*: SEN. epist. 47, 6 *in avibus scindendis* per pectus et clunes certis -bus (*sc. cultri*) circumferens ... manum. COLVM. 4, 25, 3 utilior putatio ... -u falcis, non ictu conficitur. SIL. 14, 537 manus *remigis* servat ... suetos languida -us. STAT. silv. 4, 6, 23 artificum veteres agnoscere -us. TERT. adv. Val. 18 p. 197, 15 velut si[n]gillario (*i. sigillariorum*) extrinsecus -u in omnem operationem movebatur. GLOSS. IV 181, 7 *add. a*: sulco: aratri -u[m].

5 *membrorum* (*motus*): GELL. 18, 4, 6 rictu oris labearumque -u ... inquit. PORPH. Hor. carm. 1, 36, 13 uno -u potionem haurire. CHIRON 137 fit ... spiritui *febricitantium* -s gravissimus. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 165 primo ... simplici defricatione mulcendi, deinde ... etiam devexo -u (*sc. digitorum*). *sim.* 5, 10, 113 vomicarum ... salutarem ... -um fore. VVLG. Ezech. 17, 3 aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum -u, ... venit ad Libanum (*aliter* ITALA Ezech. 17, 3 [Hier. in Is. 33, 7 p. 435] aquila magna magnarum alarum, quae habet -um intrandi in Libanon. *cf.* ducatus *p. 2130, 74*). *de membro ipso ducto* VAL. FL. 7, 165 *anguis* aurea vellera tot spiris circum, tot -bus implet.

6 *linearum*: *in scribendo*: MANIL. 2, 274 in tris aequalis discurrit linea *trigoni* -us. 2, 288 aequali laterum sunt condita -u *quadrata*. 2, 318 numerus ... fines ... sequentis consumet -us. 2, 338 in triplici ... -u (*sc. lineae*). 2, 349. 368. 394. GERM. 237 tris illi (*Deltoto*) laterum -us. SEN. nat. 1, 5, 5 arcus ... uno circumscriptus est -u. COLVM. 6, 5, 4 O litterae -s (*inde* PELAGON. 22). PLIN. nat. 8, 6 litterarum -us Graecarum didicisse. QVINT. inst. 1, 1, 25 *parvulis* non intendentibus ... animum ad ipsos -us *litterarum*. 1, 1, 27 -us *litterarum* sequi (10, 2, 2). NOT. Suet. gramm. VII 533, 3 > simplex -s. 535, 3 simplex -s inter versus ponebatur. EXC. Bob. gramm. I 552, 6 -s χαραγμή (GLOSS. II 488, 23). CYPR. laps. 30 nigri pulveris -u oculorum liniamenta depingis. AVIEN. Arat. 531 tertia, quae stantes sustentat linea -us. AVSON. 419, 74 -us apicum. PS. HIER. expos. in Matth. (Migne 30) p. 545^{D} iota ... uno -o (*sic*) fit. MART. CAP. 3, 229 litterarum formas propriis -bus lineare. 7, 725 pandere pulvereum formarum -bus aequor. 9, 909 quoddam gyris multiplicibus circulatum et miris -bus intertextum velut clipeum gestitabat. *transl.* BOETH. arithm. 2, 5 p. 90, 15 linearis numerus est ... in unum eundemque -um quantitatis explicata congeries. PRISC. periheg. 149 certo trahitur ... linea -u. *aliter*: SIL. 4, 258 tremulos cuspis -us in pulvere signat. CLAVD. 5, 375 curvo ... sinuantur cornua (*sc. exercitus*) -u. *translate in logica*: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 13 p. 35, 12 lineae -um (p. 36, 11). p. 35, 22 lineam generis -umque. p. 36, 21 multitudinis cognatio, lineae -s, genus causae, genus specierum.

B *incorporalium*: **1** *orationis* (*i. q. ratio ducendi orationem, sententias, sim. aliter de tergiversatione v. p. 2171, 53. de re v. Volkmann, Rhetorik p. 112 sqq.*): *definitio*: FORTVN. rhet. 1, 5 p. 84, 23 quid est -s? quo modo tota causa agenda sit. quod interest inter -um et modum? -s est totius orationis, modus vero partis alicuius in oratione. p. 84, 27 -us quot sunt? quinque: simplex, subtilis, figuratus, oblicus, mixtus. p. 85, 3 -um unde invenimus? ex consilio. *v. quae sequuntur* (*sim.* MART. CAP. 5, 470 *sqq.*). QVINT. inst. 4, 2, 53 est ... quidam et -s rei credibilis, qualis in comoediis. 9, 4, 30 totius -us (*sc. sententiae*). TER. MAVR. 311 hunc modum si competenti pertulit -u stilus. EPITAPH. Lucan. poet. min. V 74, 3 continuo numquam derexi carmina -u, quae tractim serpant: plus mihi comma placet. CHALC. comm. 51 ut rationabili -u ad ... operis effectum ... pervenerimus. 341 -u et via pergens ad syllogismum. MACR. Sat. 1, 12, 1 eodem -u orandi reliqua contexuit. MART. CAP. 2, 219 fabula ... tam morosis implicata -bus. 3, 289 quis (*anomalis*) ... vulneratur -s oris integer. 5, 439 cuius (*Ciceronis*) ... exemplis me (*Rhetoricam*) per omnes ... praeceptiones -us ... usuram. 5, 470 -s causae. BOETH. in top. Cic. 1 p. 282, 14 propositionum contextionem et usque ad conclusionem continuum -um. ENNOD. epist. 2, 7, 3 p. 46, 19 quibus ubertas linguae, castigatus sermo, Latiaris -s, quadrata constat elocutio. 6, 23, 2 p. 162, 15 -s ... oratiunculae tuae ... Latiaris ... venae sapore radiavit. opusc. 2, 215 p. 322, 13 congruentia pari -u exempli et historiae verba concurrunt.

2 *vitae sim.*: SORAN. p. 11, 18 aliis ... temporibus et aliis vitae -bus plurimo sanguine purgantur *mulieres*. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 141 qui segni ac pigro -u vitam trahunt. MART. BRAC. form. vit. 9, 1 ne -u iugiter levi immotam ... animi rationem negligentia subsequatur (*opp.* nimiae rigiditatis asperitate). *huc fort. pertinet* AMBR. fug. saec. 7, 37 animae genua convalescite, ut ... ad caeli altissima mentis vestigium possit attolli, ut sit -s solidior, vita maturior *eqs.* *nota* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 121 *aegros* certo regulae -u (*'i. διαίτης ἀγωγή' Helmreich*) praeparatos. 2, 1, 29 cycl⟨ic⟩o -u resumptionis regulā dirigemus *aegros.*

3 *numeri*: FVLG. aet. mund. p. 173, 10 summa multiplicata septimo decimo colligitur -u.

IV *de* ***rerum per res*** *ductione vel de motu* ***spontaneo*** (*transl. de regione*): **A** *de loco*: **1** *de mobilibus*: *de stellis*: GELL. 14, 1, 3 terrena quaedam inter homines sita caelestium rerum sensu atque -u moveri. *sim.* 14, 1, 19 si ... alius atque alius earundem stellarum situs atque -s alias atque alias fortunas daret. MART. CAP. 8, 855 cum mundus eiusdem (*ac tellus*) -us rotatione unimoda torqueatur. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 166, 7 non vides in una specie eius (*solis*) -um (φοράν. Rust. evectionem). ENNOD. dict. 9, 2 p. 451, 3 ad caeli -um callis hominis *inspicientis sidera* ordinatur. *de liquidis*: ENNOD. epist. 1, 6, 6 p. 15, 8 confusos -us (*sc. Mariae et Adduae in lacu Lario*). COD. Theod. 13, 4, 3 (= Iust. 10, 66, 2 *a. 344*) qui aquarum inventos -us et modos docili libratione ostendunt. GLOSS. IV 178, 35 sulcus: carin⟨a⟩e -s (465, 32 sulcus: cannarum [carinarum*? Goetz*] -s. *idem* 465, 44). CAEL. AVR. acut. 1, 14, 106 per quas *vias* sucorum -s solito meatu percurrens.

2 *de immobilibus*: *de lineamentis sim.*: CIC. fin. 5, 47 qui -s oris, qui vultus in quoque sit. PLIN. nat. 37, 194 venas -usque macularum in *cochlidibus*. 37, 195 increscentibus ... maculis ... linearumque interveniente multiplici -u. SOL. 13, 3 *gemmae* longis colorum -bus liniantur. 37, 20 Veneris crinis ... internis -bus ostentans ... crinium similitudinem. AVIEN. Arat. 427 gemino ... cornua *Tauri* -u erigit aetherii vigor ignis. 909 quinque ... stellae ... quas formarum -s (doctus *codd.*) notet affixarum. *de regione* (*i. tractus*): SOL. 46, 4 hos terrarum -us (*Arbelitim*) excipit Media. 49, 5 (*ex Plin. nat. 6, 49; sed cf. p. 2170, 48*) universi eius -us (*i. regionum antedictarum*) dumtaxat ab illa terrarum parte Laxates fluvius secat fines. *de tubis, fistulis naturalibus*: AMBR. hex. 6, 9, 62 -us patentes *aurium*. 6, 9, 72 -us reliquiarum (*i. alvos. cf.* Noe 8, 24 -us quosdam atque exitus cuniculorum nostrorum. in psalm. 118 serm. 20, 1, 1 -us venarum meatusque spiritus. HEGES. 5, 24, 2 obriguerant interiora viscerum, obstructi erant -us ciborum (*cf. supra*: meatus faucium). *hinc, ut videtur, translate de secta*: SERV. georg. 2, 278 'secto limite' ducto: unde et sectae philosophorum dicuntur, id est -us.

B *de tempore*: CYPR. epist. 37, 1 p. 576, 21 morā ipsa passionis ... longoque temporum -u. SERV. georg. 2, 337 'tenorem *dierum*': -um. MART. CAP. 6, 597 scaphia ... horarum -us stili. in medio fundo siti proceritate discriminant.

locus dubiae memoriae: VEREC. in cant. 6, 8 *daemones*, qui inter deum et homines ⌊in -u⌋ (inducto *Heraeus in plagulis*) cultu erroris ... se ... opposuerant.

comp. aquae-(aqui-)ductus. *cf.* aquiductium. *Hey.*

dudda, -ae *f.* *vox infantium est, i. q. nutrix, cf. c.* dida; *v. supra p. 1014, 84 sqq.* SORAN. p. 40, 3 *infans* aliae duddae (*cod. l*; aliae aut detrahendus est *cod. b*; tutrici *cod. C e coni., ut vid.; dubitanter probavit I. Medert, Quaest. crit. et gramm. ad Gynaecia Mustionis pertinentes, Diss. Giss. 1911 p. 46*; didae *ci. V. Rose, cf. supra p. 1015, 5*) tradendus est, quae eum vario strepitu sonorum et blandimentis mulceat (*cf. Soran. ed. Ilberg* p. 74, 11 ἑτέρας τιτθῆς γάλα διδόναι, *quamvis cetera non conveniant cum latinis*). *cf. Onom.* Du(d)da. *Brandt.*

***dūdum.** [*cf. esse videtur c. gr.* δήν (*i.* δϜήν), δοάν, δαόν· πολυχρόνιον (Hesych.), δηρός, *slavon.* davě *'olim', fortasse c. hibern.* doe *'tardus', ind.* dūráh *'remotus, longe positus' compar.* dávīyān, dūtáh *'legatus, nuntius' et c.* durare. *cps. esse ex adverbio* *dū *non diverso a* 2. diu (*q. v.*) *et particula* dum *putat Solmsen, Stud. zur lat. Lautg. 196, nisi potius adiectivum primo fuit ex* *duvidum *factum sicut* udus *ex* uvidus. *Cf. Buttmann, Ausf. griech. Sprachl. II^{2} 44; Osthoff, Indog. Forsch. 5, 279 sqq.; Morph. Unters. 6, 106. 236. Th.*]. *in codd. saepius confunditur c.* dum. PRISC. gramm. III 479, 31 putant quidam '-m' quasi 'diu dum' dici *eqs.* DON. Ter. Andr. 582 adverbia temporis aut certa sunt, ut 'hodie, cras', aut incerta, ut '-m, nuper'. itaque incertis additur tempus ut 'iam -m, nunc nuper' (*cf.* Eun. 734). PRISC. gramm. III 81, 21 communia diversorum temporum *adverbia* ut 'olim, -m, quondam' (*cf.* 82, 8 sqq. 89, 12). 479, 26 sciendum, quod utrumque, hoc est 'iam' et '-m', non solum de praeterito tempore dicitur, sed etiam de futuro, ut in secundo Aeneidos (*infra p. 2180, 11*) 'iam -m sumite poenas', quomodo etiam 'quando, aliquando, olim, umquam' *eqs.* dudum *initio idem fere significasse videtur q. gr.* πάλαι δή (*'eine geraume Weile ja'*), *ita ut spatium temporis plus minus longum ante peractum exprimatur; nam quod* PLAVT. -m *nusquam cum praeterito de tempore multo ante peracto exhibet, immo de horis aliquot fabulae actum complectentibus* (*v. Langen, Beitr. z. Krit. u. Erkl. d. Plaut. 33 sqq., Richardson, De 'dum' particulae apud prisc. script. lat. usu 23 sqq.*), *partim ex significatione primaria i. q. 'antea'* (*'eine Weile', sc. mora temporis non definita*) *repetendum est, partim* (*sc. vi 'modo, ante paulum'*) *ex attenuatione quadam sermonis cottidiani propria, simili atque in voce q. e.* pridem, *gr.* πάλαι, *nostratium* längst. *sic explicatur, quare* -m *apud* PLAVT. *non solum idem fere q. 'diu' significet* (*cf.* haud -m, quam -m *p. 2176, 82. 2177, 6 sqq.*), *sed etiam* (*semel c. praes., p. 2177, 19*) *'iamdudum, iampridem'; qua significatione iam apud* TER. *pro portione multo saepius* iamdudum *adhibetur, cuius usus postea increbuit ita ut apud posteriores haud raro* iam -m *attenuato sensu q. e. 'antea' vel 'olim' adhiberetur* (*v. p. 2179, 78*). *in sermone volgari aetatis inferioris* -m *ita ut* diu *fere evanuisse videtur, cum in linguas Romanicas non abierit; e confusione quadam harum vocum signifi-*

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

catione propinquarum (*cf.* haud -m, quam -m *ut* haud, quam diu) *artificiosior usus quorundam posteriorum explicandus videtur (cf.* nimium -m [*secundum* nimium diu] *p. 2177, 14). ceterum cf. tabellam hanc:*

	dudum	iamdudum	iampridem
PLAVT.	87	39	17
TER.	21	19	2
CIC.	10 (*non in* oratt.)	27	79
VERG.	4	11	8
HOR.	—	4	2
OV.	—	18 (*non in* am.)	14
LYGD.	—	1	—
LIV.	1	1	18
MANIL.	—	1	—
SEN. fil.	1	13	2 (trag., dial.)
CVRT.	—	1	3
COLVM.	—	1	3
LVCAN.	—	4	2
PETRON.	—	5	2
CALP. ecl.	—	6	—
PLIN. nat.	1	1	18
VAL. FL.	1	3	6
SIL.	1	17	2
STAT.	8	25	4
MART.	—	2	1
IVV.	2	1	4
TAC.	—	1 (dial.)	18 (pridem 11)
APVL.	7	20	6 (pridem 10)
VVLG.	3 (vet. test.)	—	2

legitur inde a PLAVTO (iam -m *inde ab* ENN.); *deest ex. gr. apud* RHET. Her., VARRON. (iampridem *semel*), LVCR. (iampr. *bis*), SALL. (iampr. *bis*), NEP., PROP. (iampr. *bis*), VITR., SEN. rhet. (iampr. *ter*), GERM., VELL. (iampr. *ter*), VAL. MAX. (iampr. *semel*), CELS., QVINT. (iampr. *bis*), *al.* SYNON. Cic. Char. gramm. p. 421, 26 B. -m: iamdudum, pridem, olim, nuper, aliquando, quondam. GLOSS.[L] II Phil. DV 18 πάλαι. III Abstrus. DV 9 (*cf.* I Ansil. DV 68) olim, iam dudum. Corp. D 382 paulo ante *al.* NOT. Tir. 45, 8 -m, iam -m, quam -m. [*dub.*: TREB. trig. tyr. 14, 1 cum Bal⟨l⟩ista praefecto -m (*sc.* '*iam Valeriani*' *Hohl, ducum vel* nudum *coni. alii*].

I dūdum:

A *de tempore praeterito sine notione longi spatii i. q. antea:*

1 *de tempore paulo ante peracto i. q. nuper, modo:* PLAVT. Amph. 387 ego sum Sosia ille, quem tu -m esse aiebas mihi (661. Men. 933 Rud. 1080 BOETH. herm. sec. 2, 5 p. 106, 12). Amph. 479 -m quod dixi minus (916. 919. 963 [iam] -m. Bacch. 1018 Capt. 624 Men. 57 Merc. 468. 753. 760 Mil. 1046. 1131 Persa 576 Poen. 556. 748 Pseud. 489. 1089 Rud. 1079. 1104 TER. Hec. 451 Phorm. 838 CIC. de orat. 2, 262 [*cf. 2, 248*] fin. 3, 52 fat. 42 SOL. 56, 4 QVEROL. p. 47, 3 AMM. 25, 4, 12 CLAVD. DON. Aen. 2, 425 *opp.* hīc. HIER. in Ier. 6, 36, 3 p. 422, 11 SALV. ecl. 3, 56 gub. 7, 1 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 11 p. 31, 13. 2, 19 p. 119, 19 CASSIOD. Ios. antiq. 1, 19 p. 19 [πρότερον]. IORD. Get. 107. *cf.* TER. Andr. 840 praedixit [OROS. hist. 7, 41, 4]. VERG. Aen. 10, 598 haud talia -m dicta dabas). PLAVT. Amph. 620 num obdormivisti -m? 767 hanc convenisti. Asin. 315 Aul. 457 coctum ego ... -m conductus fui. 705 ut -m hinc abii (Capt. 478 Cist. 192. *cf.* Bacch. 577 isti). Bacch. 1051 promisi (*cf.* Men. 311 pollicitu's). Cist. 654 quae -m fassa est (*cf.* 661). Epid. 388 ⟨du⟩dum ... coeperam ... me excruciare. 661 minoris multo facio quam -m senes (*post comparativum ut etiam*: Stich. 498 Truc. 803 TER. Eun. 731 Phorm. 459 MARCELL. chron. II p. 104, 3. 534 BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 189, 7). Men. 426 pallam illam, quam -m dederas (672 *cf.* 1138). 491. Merc. 900 hoc non in mentem venit -m. Persa 321 quod mecum -m orasti. 722 oblitus sum intus -m edicere (Trin. 1137). Pseud. 1201 ego tibi argentum dedi et -m, adveniens extemplo, sumbolum servo tuo (*al.; cf. Langen, l. c.*). TER. Andr. 582 veritus sum ... abs te. 591 quae tu -m narrasti mihi. 653 cum patre altercasti -m. Hec. 784 audisti (CIC. Brut. 252). Haut. 595 tecum egi. 786 suaseras. Phorm. 537 qui me -m ... adiuerit. 914 incusaveras. CIC. de orat. 3, 217 ea, quae tu -m, Antoni, protulisti. Tusc. 1, 76 quod tibi -m videbatur. Att. 11, 24, 1 quae -m ad me et quae etiam ante bis ad Tulliam de me scripsisti. VERG. Aen. 5, 650 -m Beroen digressa reliqui (CLAVD. DON. *ad l.*: hoc est 'ante paululum'). STAT. Theb. 1, 670 si -m certus ad aures clamor iit. TER. MAVR. 770. ITALA I Petr. 2, 2 (Ambr. in psalm. 118 serm. 13, 27, 2) sicut -m geniti infantes (ἀρτιγέννητα, VVLG. modo). SIRIC. epist. 18 p. 1145[A] qui -m fuerint vasa vitiorum. AMM. 21, 8, 1 quae docuimus -m. 23, 6, 50 -m nos meminimus rettulisse (25, 4, 23. CONC.[S] I vers. Tur. p. 113, 37). CLAVD. DON. Aen. 2, 401 p. 201, 18. 2, 700 p. 242, 17 *al.* HEGES. 1, 14, 2 Aristobulus ... vix -m idoneus propulsando periculo manum collegit. HIER. epist. 38, 1 Paulus ... dominum vocat, quem -m ut hominem persequebatur. 45, 2, 3. 57, 3, 2. in Gal. 1, 6 p. 381 quomodo tam cito recesserint ab eo, ad cuius nomen -m facti fuerant Christiani. 1, 15 p. 390 quod -m posuimus (BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 16 p. 50, 2). in Ier. 3, 57, 3 p. 192, 13 ut mihi in laetitiam verterentur, qui -m fuerant in opprobrium. 4, 1, 2 p. 221, 4. VVLG. gen. 27, 33 qui -m captam venationem attulit (*om.* ITALA Lugd. *sec. LXX*). exod. 12, 39. Ezech. 11, 3 (προσφάτως). SVLP. SEV. dial. 1, 2, 5 ut -m spoponderas. MART. CAP. 7, 728 quae egressa -m, ... ingreditur. OROS. hist. 4, 3, 4 adventante -m Pyrrho. 4, 20, 26 *al.* EPIST. imp. Theod. Leo M. epist. 63 qui ... -m (*i. nuper*) nostro praecepto in Epheso congregati sunt. SACR. Leon. 355 sicut -m voce testatus es. 403. CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 120, 13 ad Philolaum redeo, a quo -m magno intervallo digressus sum. BOETH. herm. pr. 2, 11 p. 162, 24 -m quaesivit (*opp.* nunc ... considerat). sec. 3, 9 p. 209, 23 collegit. arithm. 1, 20 p. 44, 2 *al.* CASSIOD. Ios. antiq. 5, 3 p. 123 Amorraeam ... Moses -m capiens (ἤδη). IORD. Get. 76 foedus, quod -m pepigerant. 161. 173 *al.* MAXIM. eleg. 2, 11 haec me praeteriens cum -m forte videret. *nota ellipsin:* TER. Haut. 760 de illo quod -m (*sc. egisti sim.*)? dictum [ac] factum reddidi. *seq. coniunctiones temporales:* -m ut: PLAVT. Bacch. 957 Cist. 710 Poen. 650. -m quom (*cf. p. 2177, 58*): PLAVT. Men. 392. 701 Merc. 753 VERG. Aen. 12, 632. -m prius quam: PLAVT. Poen. 416. -m dum: TER. Haut. 983. *cf. etiam*: PLAVT. Amph. 602 -m ante lucem (699. *cf. p. 2179, 21*). Poen. 650 -m mane (Truc. 645). *opp.* nunc (nunc demum; nunc primum: PLAVT. Amph. 684; *cf. l. 52. 57. 58. 60. 71. 76. 77. p. 2179, 8. 14. 15. 61. 81. p. 2180, 2*): PLAVT. Amph. 894 Aul. 683 Epid. 458 Men. 635. 685. 730. 932 Mil. 1059 Most. 257 Poen. 417. 770 Rud. 1122 Stich. 763 TER. Andr. 585. 824 Hec. 649 Haut. 983 Phorm. 786 Eun. 684 Ad. 952 CIC. Brut. 138 VERG. Aen. 2, 728. 12, 634. HIL. trin. 4, 24 et nunc et -m. CLAVD. DON. 2, 435 p. 208, 22. 10, 231 p. 323, 27 SACR. Leon. 450 BOETH. mus. 1, 18 herm. pr. 2, 11 p. 162, 24 IORD. Get. 291.

2 *de tempore etiam longius remoto i. q. prius, olim, aliquando* (*nonnulla etiam referas ad 1 et ad B 2*): PANEG. 12 (2), 32, 4 quas *urbes* inimica -m populatione vacuaverat (*antea* aliquando). CAPITOL. Opil. 5, 3 collegae -m suo (*cum subst. ut etiam* AMM. 29, 1, 43 HEGES. 3, 18, 3 VICT. VIT. 3, 37 IORD. Get. 148. 240. 241). VOPISC. Prob. 1, 5 a quo -m (*i. initio*) solus Aurelianus est expetitus. IVST. 3, 4, 9 sicuti -m patrem eius ... auctorem habuissent. AVIEN. orb. 625 has -m tenuit rex Aeolus. EPIST. impp. de Asia (Bruns font.[7] 97 p. 271) a 9 (*a. 370/1*) missa ad nos -m legatione. DAMAS. epigr. 40, 1 sanctos -m retulisse parentes. AMM. 25, 3, 19 interiturum me ferro -m didici. 25, 5, 8 quos Varr⟨on⟩ianus rexerat -m. 25, 10, 16 -m (*i. multo ante*) praescisse quod evenit. 26, 5, 2 -m promotus ... magister armorum. 29, 2, 27 fratrem suum ... -m ... obisse. 31, 4, 13 *al.* VEG. mil. 1, 17 in Illyrico -m (*i. olim*) duae legiones fuerunt ..., quae ... Mattiobarbuli vocabantur. RVFIN. Greg. Naz. orat. p. 89, 3 novissime factus est *homo* propter nos, quos -m esse fecerat. MART. CAP. 6, 576. COD. Theod. 1, 4, 3 (*a. 426*) sicut -m statutum est (16, 8, 17 *a. 404*). 1, 9, 1 (*a. 359* = COD. Iust. 1, 31, 1 pr.) privilegiis -m indultis (6, 26, 16). 3, 1, 6 (*a. 391* = COD. Iust. 4, 38, 14) -m concessum erat. 3, 12, 3 (*a. 396*) post latam -m legem (16, 5, 7 [*a. 381*] *syn.* primitus. 5, 3, 1 [*a. 434* = COD. Iust. 1, 3, 20, 1] *al. cf.* 8, 12, 3 [*a. 316*] promulgatum -m est [*syn.* iampridem]. 12, 1, 14 [*a. 326*] *opp.* nunc). 8, 1, 1 (*a. 319*) -m sanximus (13, 3, 18 *a. 427*). 8, 18, 5 (*a. 349*) placuisse. 10, 8, 1 (*a. 397*) quae *poena* ... -m fuerat definita (*cf.* 10, 12, 2, 3). 11, 17, 2 (*a. 401*) sicut -m praeceptum est (12, 6, 29 [*a. 403*] *al.*). 11, 30, 23 (*a. 345*) esse decretum. 16, 8, 17 (*a. 404*) iusseramus (*opp.* nunc. 12, 1, 47 *a. 359* CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 185, 32 [πρῴην]). 12, 1, 188 (*a. 436*) coeptam -m *militiam* (*opp.* etiamnunc). 15, 3, 4 (*a. 399*) fuerat constitutum (COD. Iust. 11, 63, 4 pr. [*a. 384/9*]). 16, 5, 23 credidimus (*opp.* nunc). COD. Iust. 3, 28, 30, 2 (*a. 528*) vocabantur. 5, 4, 23, 6 (*a. 520/3*) qui -m scaenicae filiam uxorem ducere prohibebantur (*i. antea*). 11, 64, 3 (*a. 408/15*) oraculi -m impetrati (*opp.* postea). 12, 7, 24 militantibus. *al.* MARCELL. chron. II p. 72, 415 ecclesia Constantinopolitana -m igne cremata. CONC.[S] I 3 Rustic. p. 113, 21 de quibus -m quidem et olim manifesta vestrae pietati fecimus (gr. ἤδη καὶ πάλαι). I 3 vers. Tur. p. 95, 20 a vestra sanctitate -m ad memoriam deducti (πρῴην). p. 95, 24 -m praesidentis nobis Nestorii (πάλαι). p. 185, 23 Nestorium, qui -m fuit maximae Constantinopoleos (πρὸ τούτου. *cf.* p. 187, 7 [πάλαι]). p. 197, 15 quae -m scripsimus (ἤδη). VICT. VIT. 3, 2 legem, quam -m Christiani imperatores ... dederant. 3, 26. 34. 67 (*opp.* nunc). CYPR. GALL. gen. 458 qui fluvius -m ... campos ditabat opimos. DRAC. Romul. 8, 298 sic -m parva luistis supplicia? CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 260 civitatem ... -m a pastoribus habitatam. 1, 273. 2, 290. IORD. Get. 108 urbem, quam -m Sardanapalus locasset. 291 Hesperia ... plaga, quae -m ... gubernata est (*opp.* nunc). *al. nota*: ITALA Philem. 11 (Theod. Mops. *ad l.*) qui -m (ποτέ, VVLG. aliquando) tibi inutilis fuit, nunc autem et tibi et mihi utilis. *fere i. q. 'ad hoc tempus'*: VLP. dig. 34, 1, 14, 1 si quis exemplum alimentorum, quae -m pueris et puellis dabantur, velit sequi.

B *cum notione longinquitatis i. q. diu:*

1 *generatim i. longo tempore:* haud -m: PLAVT. Persa 498 ex Persia sunt haec *tabellae* allatae mihi a meo ero :: quando? :: haud -m. SYMM. epist. 4, 18, 3 comperisti haud -m frumentarias ... que-

[Hofmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rellas. AMM. 14, 6, 19 formidatam haud ita -m alimentorum inopiam (15, 8, 1. 16, 11, 11). 25, 5, 4 haud -m post depositum militiae munus ad tranquilliora vitae digressi. *addo* hau perdudum: PLAVT. Stich. 575 (*v. Leumann, Ἀντίδωρον, Festschr. Wackernagel 340*). *cf.* non -m: PLIN. nat. 19, 10 non -m (*i. non ante multum temporis*) ex eadem Hispania Zoelicum *linum* venit in Italiam. quam -m (*cf.* GLOSS.[L] II Phil. QVA 37 ὡς ἂν δήποτε. GLOSS. II 388, 1 ὡς ἂν [ὅσα *codd.*] πάλαι): PLAVT. Asin. 449 quam -m tu advenisti? Stich. 310 vide, quam -m hic asto et pulto. 528 quam -m in portum venis? :: hau longissume. Trin. 608 quam -m istuc aut ubi actumst? :: ilico hic ante ostium, tam modo, inquit Praenestinus. TER. Andr. 850 modo introii :: quasi ego 'quam -m' rogem! (Eun. 697 venit Chaerea . . . :: quam -m? :: modo). CIC. Att. 14, 12, 3 quam -m nihil habeo, quod ad te scribam! nimium -m: SVLP. SEV. dial. 1, 27, 6 nimium . . . -m alias res agentes consumimus tempus.

2 *i. q.* iamdiu, iampridem, *ex multo tempore (etiam de praes. q. d. historico, cf. l. 22. 23; plura ex A 2 huc referri possunt, cf. p. 2176, 42. 50. 52)*: **a** *c. indic. vel part.* praes. (*cf. p. 2178, 6*): PLAVT. Mil. 406 -m edepol planum est id quidem. CIC. Att. 4, 5, 1 -m enim circumrodo, quod devorandum est. SEN. nat. 2, 59, 1 intellego, quid -m desideres, quid efflagites. VAL. FL. 8, 378 hac -m Minyae Pagasaeaque puppis in statione manent. STAT. Theb. 2, 103 ingentia -m acta vocant. 2, 410 illi (*Eteocli*) tacito sub pectore -m ignea corda fremunt. 5, 241 -m . . . agit versans secum. IVV. 3, 129 -m vigilantibus orbis (APVL. met. 4, 10). 10, 333 -m sedet illa parato flammeolo. APVL. apol. 7 vidi ego -m vix risum quosdam tenentes. PANEG. 12 (2), 7, 1 -m, ut video, dedignaris hanc gloriam. AVSON. 163, 13 grassantis -m fortunae tela. 288, 1 -m celebrari Gallia gestit. 469, 17 parant erumpere -m carmina. CLAVD. 3, 137 notissima -m tecta petens. 20, 144 quid -m inflare moraris . . ., Bellona, tubam? COD. Theod. 8, 8, 1 (= 11, 7, 10) die solis, qui -m faustus habetur. PROSP. vocat. gent. 1, 1 difficilis -m vertitur quaestio. MARCELL. chron. II p. 103, 530 -m Getis Illyricum discursantibus. CARM. epigr. 2261 (= INSCR. christ. Diehl 4831[A]) ⟨cinis ossua⟩ -m su⟨nt⟩ (*suppl. Engstr.*). *c.* adi. (*cf. p. 2178, 83*): STAT. Theb. 5, 684 irrita (*i. quae frustra coluntur*) -m templa Iovis. 10, 177 magnis . . . -m cladibus aeger. CLAVD. 8, 144 -m taciti . . . Delphi. 17, 174 agrestem -m me. 26, 626 invicto -m . . . marito. DRAC. laud. dei 1, 643 mortua . . . lumina -m *caeci*. **b** *c.* temporibus praeteritis (*vel part., cf. p. 2179, 12*): LIV. 24, 39, 4 milites intenti -m ac parati. SIL. 12, 745 non sperata . . . -m . . . gaudia. STAT. Theb. 2, 687 absentes cui -m vincere Thebas adnuimus. 5, 584 -m nimbique hiemesque coibant, ni minor ira deo. APVL. apol. 30 ni . . . -m animadvertissem. flor. 9 p. 38. AVIEN. ora 134 Celtarum manu crebrisque -m proeliis vacuata (vacua arva *Wernsdorf*) sunt (*sc. terra Ligurum*). AVSON. 256, 2 in quorum regna . . . -m Romana potentia cessit. 418, 45 stulte -m spatiosa locutus. 450, 1. 451, 1 SYMM. epist. 1, 98. AMM. 16, 12, 58 navigiis -m paratis. *al.* HIER. epist. 1, 13, 2 -m superiecta humus (*postea* ossa iam condita). HIER. Victorin. Petav. apoc. 20, 2 sanctorum, qui -m quieverant, corpora. CLAVD. 5, 346 tegeret ceu purpura -m corpus. 28, 422 conspecta . . . -m ora. rapt. Pros. 214. carm. min. 25, 56 equidem -m te . . . mirabar, quod . . . secura maneres coniugii. PROSP. chron. 2, 746. 747. MARCELL. chron. II p. 97, 511 tomum sanctorum patrum . . . sancta -m subscriptione roboratum. DRAC. Romul. 8, 495 -m flammiger ales . . . medullas . . . usserat. 8, 532 quae sit tua . . . origo, . . . -m cognovimus omnes. CORP. XII 5336 (*Narbone, saec. V*) coep(it) depon(ere) pariet(em) eccl(esiae) dud(um) exustae. *nota* -m cum (*cf. p. 2176, 19. 2179, 73*): APVL. apol. 48 -m enim, cum haec agitarentur . . ., quaesisti. 63 -m ergo, cum audirem . . ., iussi.

c *singulariter i. q.* 'iam' (*cf. p. 2180, 48*): APVL. met. 6, 26 comitibus adscitis, qui vulnerati remanserant, -m recurrunt.

II iamdūdum: *in codd. saepe scribitur* iand-, *ex gr.* PLAVT. Cas. 803 Cist. 508 Poen. 318. 1161 Pseud. 1148 *A*, Trin. 812 *B*, TER. Phorm. 471 *al. Bemb.*, VERG. Aen. 1, 580 *M*, 9, 184 *MP*, FRONTO p. 63, 1 N., *al.; in inscr.*: DECRET. centon. Ostr. (Corp. XI 5750, 12 *a. 260*; *periit*) Iandudum. decur. Paest. Gent. (CORP. X 476, *a. 337*) iandudum (*at* X 477 [*a. 347*] iamdudum). INSCR. Rev. archéol. 10, 1907, 485 n. 237, 11 (*Numidia, aet. Valent.*) iandu⟨dum⟩. *contra* iamd-: DECRET. fabr. Volsin. (Corp. XI 2702 *a. 224*) 7 DECRET. patron. Naunit. (Corp. IX 10 *a. 341*) 7 Corp. VIII 15 881, 5 CARM. epigr. 712, 18 (*s. VI*). 1365, 7 (*a. 506*) *al. ceterum cum neque ex codd. neque ex edd. semper satis clare appareat, utrum duae an una vox habenda sit, infra separatim* iam -m *scripsi. nota hyperbaton*: AVSON. 201, 7 iam mihi cognata -m inter memoratus nomina. -m iam: PLAVT. Mil. 1028 MAXIM. eleg. 1, 157. non iam -m: PLAVT. Poen. 318. CHAR. gramm. I 187, 27 (p. 243, 2 B.) iam tum inde iamdudum (*inter adverbia temporis infinita*). CAPER gramm. VII 98, 9 (= ISID. diff. 1, 480) quamdudum interrogantis est, iam -m respondentis. GLOSS.[L] II Phil. IA 16 ἤδη πάλαι. III Abstr. IA 11/2 iam olim: ante paululum, iamdudum: iampridem ante hoc (*immo* iamdudum . . . iam olim *etc.*). V Abba IA 12 iam ante, paulo ante.

A *i. q.* iamdiu, pridem (*perraro alibi praeter* PLAVT. [*cf.* CIC. de orat. 1, 206 *p. 2179, 31*] *legitur de tempore paulo ante peracto, quod quidem animo dicentis longum videtur, cf.*: TERT. anim. 37 societatem carnis atque animae iam -m [*i. modo iam, antea, cf. p. 2179, 78*] commendavimus [*opp.* nunc]. *nota lusum*: PLAVT. Amph. 692 *sq.* -m? quam -m istuc factum est? :: temptas: iam -m, modo :: qui istuc potis est fieri, quaeso, ut dicis: iam -m, modo? *cf.* TER. Eun. 734 anne abiit iam a milite? :: iam -m, aetatem):

1 *c. ind. (vel coni. vel infin. vel part.)* praes. (*etiam de praes. q. d. historico, cf. ex gr. l. 59. 61. 63. 64*): ENN. scaen. 47 iam -m . . . animus atque aures avent. PLAVT. Amph. 618 Sosia ille, quem iam -m dico (*cf.* Cas. 368 fabulor. CIC. Verr. II 3, 83 loquor [de orat. 1, 171]). Asin. 741 iam -m est intus. Bacch. 109 iam -m . . . te sequor. 890 sentio. Cas. 540 quae iam -m . . . exspectat domi (Merc. 556 Poen. 12 TER. Haut. 409 Eun. 917 VARRO rust. 1, 56, 1 CIC. de orat. 2, 26 BOETH. cons. 3, 9 p. 70, 93. 4, 6 p. 115, 196). Cas. 414 cor . . . iam -m salit. 803 mihi . . . iam -m intestina murmurant. Cist. 508 scis iam -m omnem meam sententiam (Mil. 580 APVL. Socr. p. 111). Merc. 138 iam -m sputo sanguinem. 617. Poen. 1161 iam -m equidem cupio (VAL. FL. 7, 299. *cf.* PLAVT. Mil. 1398 gestit. AFRAN. com. 197 studeo. SVLP. SEV. dial. 1, 26, 7 desidero). Pseud. 1215. Rud. 1030 iam -m fero *condicionem* (CIC. Sulla 46 OPTAT. 1, 18 p. 20, 10). Stich. 344 iam -m . . . patior (*cf.* VAL. FL. 7, 243 perpetior). Trin. 812 iam -m ebriust. 1000. TER. Hec. 336 nescio quid iam -m audio hic tumultuari (Phorm. 289 TVRPIL. com. 24 MART. 6, 42, 23. *cf.* HOR. sat. 2, 7, 1 ausculto). Haut. 171 iam -m domi praesto apud me esse aiunt. 882 iam -m gnatus cessat. Phorm. 471 te . . . incusamus. Eun. 448 iam -m te amat *eqs.* (DON. *ad l.*: vel nimium et valde [*cf.* SERV. Aen. 4, 1] vel iam pridem. SCHOL. Ter. p. 59, 26). 743 iam -m hic adsum. 816 iam -m animus est in patinis. Ad. 401 iam -m aliquid ruri agere arbitror. CAECIL. com. 13 iam -m depopulat macellum. ACC. trag. 682 repudio eiecta ab Argis iam -m exulo. CIC. Verr. II 2, 108 iam -m omnibus istius improbitatem perspicuam esse confido. II 2, 157 iam -m . . . mihi nimium tenuiter . . . argumenta colligere videor (VERG. Aen. 12, 217 VAL. MAX. 4, 8, 4 APVL. met. 11, 26). II 3, 58 genera iam -m innumerabilium iniuriarum . . . profero. II 4, 35 iam -m ego erro, qui *eqs.* II 4, 46 iactat se iam -m de Calidio. II 4, 109 iam -m vereor, ne *eqs.* Cluent. 63 vocat me (Sest. 13). Catil. 1, 12 quod te iam -m hortor. Flacc. 23 id quod iam -m facio. Cael. 69 percipitis animis . . . iam -m, quid velim . . . dicere. de orat. 2, 152 a quo . . . homine iam -m . . . non aberrat oratio tua. Brut. 244 de faece . . . hauris idque iam -m. orat. 55 quem (*sc. perfectum oratorem*) iam -m nostra indicat oratio. rep. 2, 67 iam -m quaero (SEN. dial. 9, 2, 1 STAT. silv. 1, 2, 237. 2, 1, 36. *cf.* COLVM. 3, 7, 1 te requirere [BVC. Eins. 1, 1 FRONTO p. 63, 1 N.]). Lael. 65 quam iam -m tracto constantiam (82). Att. 3, 23, 4 iam -m pudet tam multa scribere. 7, 7, 7 ἐμπολιτεύομαί σοι iam -m, et facerem diutius, nisi *eqs.* epist. 3, 12, 3. VERG. Aen. 4, 362 talia dicentem iam -m (SERV. *ad l.*: ab initio orationis) aversa tuetur (VAL. FL. 6, 588. *cf.* OV. met. 9, 27 spectat. STAT. Theb. 3, 218 prospectans. 7, 723 aspicit. Ach. 1, 126 lustrat. 1, 514 circumfert lumina. *cf. l. 32. 50*). 5, 27 sic poscere ventos iam -m . . . cerno. 9, 184 pugnam . . . iam -m . . . mens agitat. 11, 836. HOR. sat. 1, 9, 15 iam -m video, sed nil agis (STAT. Theb. 8, 582 AVG. c. ac. 2, 7, 19 p. 37, 10). carm. 3, 29, 5 tibi . . . merum . . . iam -m apud me est. epist. 1, 5, 7 splendet focus . . . tibi. OV. epist. 15, 13 iam -m gratumst. met. 4, 405. 7, 677 iam -m dubito. 7, 772 iam -m vincula pugnat exuere. LIV. 32, 33, 10 iam -m se reticere. MANIL. 5, 356 sibi non aegrum (-os *v. l.*) iam -m credere corpus. SEN. Herc. f. 1279 iam -m mihi monstrum . . . oberrat. CVRT. 9, 2, 30 surdas iam -m aures pulso. LVCAN. 5, 423 iam -m nubes . . . perdimus. PERS. 3, 6. PETRON. 61, 3 iam -m gaudimonio dissilio. CALP. ecl. 1, 89. 3, 40 iam -m meditor. 4, 6 carmina . . . volvimus. VAL. FL. 1, 227. 5, 520 iam -m fremit. 7, 237 illa (*Medea*) deae contra iam -m spernere voces (*inf. hist.*). SIL. 2, 462 sedet acta medullis iam -m . . . pestis. 11, 330. 372 duras iam -m exercet curas. 11, 487. STAT. Theb. 1, 77 reges insultant. 3, 322. 6, 826 iam -m variae laudes . . . Tydea . . . angunt (*cf. l. 72*). 8, 80 *Plutoni* iam -m regia tristis attremit oranti. 9, 718. 788 ardet. 10, 666 bacchatur. Ach. 1, 750 rumor . . . perstrepit. MART. 5, 19, 17 rides. IVV. 3, 317 mulio . . . adnuit. TAC. dial. 16 manifestus est *Aper* iam -m in contrarium accingi. PLIN. paneg. 56, 1 adnotasse vos credo . . . iam -m me non eligere, quae referam. SVET. Iul. 81, 4 frequentes et iam -m opperientes *senatores* (*cf.* APVL. met. 10, 20 praestolantem). APVL. met. 8, 25 contra me velitaris iocis. apol. 59 dico Crassum iam -m ebrium stertere. 101 mihi iam -m satis est, si *eqs.* MIN. FEL. 4, 3 iam -m me Octavi . . . acriter angit et remordet oratio. TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 25 TER. MAVR. 1843. LACT. inst. 4, 15, 5 quo iam -m festinat oratio. AVSON. 298, 1 iam -m condemno silentia. 410, 5. 419, 37 succumbo materiae. AMM. 21, 5, 2 iam -m . . . vos aestimo . . . hoc opperiri consilium. 26, 9, 4 PAVLA Hier. epist. 46, 4, 1. AVG. c. ac. 2, 8, 20 p. 38, 5 quem te iam -m non frustra formidare arbitremur. SVLP. SEV. dial. 2, 7, 1 admiror. COD. Theod. gest. in sen. 7 (*a. 438*) quos iam -m huic officio inservire praeter culpam probamus. 2, 6, 3 (*a. 321*) iam -m legibus continetur. 6, 36, 1 (*a. 320* = COD. Iust. 12, 30, 1 pr.) quos edicti nostri iam -m certa privilegia superfundunt. 8, 5, 5 (*a. 354*) iam -m . . . iussa existunt (*postea* ante placuerat). PAVL. PELL. 68. 604. *c.* adi. vel partic. loco adi. (*cf. supra l. 21. 30. 52. 66 et p. 2177, 35*): CATVLL. 64, 374 de datur

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cupido iam -m nupta marito (*aliter Friedrich et Kroll ad l., cf. p. 2180, 8*). VERG. Aen. 4, 1 regina gravi iam -m saucia cura. OV. met. 8, 74 succensa cupidine. VAL. FL. 3, 628 studiis iam -m freta iuventus. 3, 676 turbidus aestu. STAT. Theb. 7, 227 nuntius, attonitas iam -m Eteoclis ad aures explorata ferens (*nisi potius c. verbo iung.*). APVL. met. 1, 6 faciem ... iam -m punicantem prae pudore. 9, 26 iam -m procax ... mulier. 11, 6 pessimae mihique detestabilis iam -m beluae. 11, 19 sacris suis me iam -m destinatum (*opp.* nunc. *cf.* 11, 21). AVSON. 322, 96 patrio iam -m nomine clarus. VEG. mil. 4, 31 iam -m pacato mari. PAVL. PELL. 492 iam -m cunctis affectibus expers.

2 *c. temporibus praeteritis* (*vel c. part. vel inf. perf.; cf. p. 2177, 39*): PLAVT. Amph. 491 ut iam -m dixi (Epid. 408 Trin. 923 TER. Hec. 722 *opp.* nunc. CIC. Verr. II 2, 128 part. 48). 624 vigilantem ille me iam -m vigilans pugnis contudit. Asin. 486 ei nunciam ..., iam -m quo volebas. Bacch. 1054 scivi ego iam -m *eqs.* Merc. 953 audin tu? :: iam -m audivi (TER. Andr. 228 [*inepte dubitat de distinctione* DON. *ad l.*]. Ov. fast. 3, 507 SVLP. SEV. dial. 1, 24, 1). Men. 419 iam -m, mulier, tibi ... adversabar. Mil. 1028 tibi uti -m iam demonstravi. 1301 iam -m res paratast. 1429 Philocomasium iam profecta est? dic mihi :: iam -m. Poen. 318 non iam -m ante lucem ad aedem Veneris venimus. Pseud. 1148 iam -m, si des, porrexi manum. Stich. 743 iam -m ... exissem ... foras, nisi *eqs.* TER. Andr. 948 iam -m res redduxit me ipsa in gratiam. Haut. 230 iam -m scio venissent. 758 te mihi ... iam -m optabam dari (*cf.* VERG. Aen. 1, 580 ardebant. PETRON. 10, 7 cupiebam). Ad. 517 ain patrem hinc abisse rus? :: iam -m. AFRAN. com. 18 iam -m ... degulasse oportuit (*cf.* LYGD. 6, 63 debueram [SEN. dial. 9, 8, 6 TERT. adv. Marc. 3, 4 p. 381, 1 *opp.* nondum]). POMPON. Atell. 10 lavi iam -m manus. CIC. Verr. II 3, 143 qui hoc non iam -m statuerit et iudicarit. de orat. 1, 206 ex quibus unum libellum sibi excidisse iam -m questus est (*i. 'antea', cf.* 1, 94. *v. p. 2177, 83*). VERG. Aen. 5, 513. 8, 153 ille os ... iam -m et totum lustrabat lumine corpus (*cf.* STAT. Theb. 9, 821 viderat). OV. met. 3, 656 iam -m flebam. 8, 867 nemo iam -m litore in isto ... constitit. LVCAN. 2, 524 iam -m moriture (*i. 'cui iam diu destinatum fuit mori'*). PETRON. 39, 8. 54, 3 puer ... circumibat iam -m pedes nostros. 72, 9. CALP. ecl. 3, 5 dubitavi. PLIN. nat. 23, 41 somno ... ac securitatibus iam -m hoc fuit (*sc. vinum bibere*). VAL. FL. 7, 292 torserat illa *Medea* ... lumina. 7, 489. SIL. 2, 328 coquebat iam -m ... iras. 6, 294. 11, 544. STAT. Theb. 6, 491 promissos iam -m ... honores. 11, 457 sedebat. Ach. 1, 245. 842. PLIN. epist. 5, 6, 40 vitassem iam -m, ne *eqs.* paneg. 52, 1. CALP. decl. 15 consecrata iam -m arma. FRONTO p. 207, 18 N. postremam *vigiliam* iam -m expergitus opperiri. GAIVS inst. 3, 16 iam -m ... placuit in capita dividendam esse hereditatem (COD. Iust. 1, 13, 1 [*a. 316*]. 2, 39, 1 [*a. 238, syn.* iampridem] *al.*). VLP. dig. 24, 1, 5 pr. iam -m perfectam donationem, hoc est ante nuptias. APVL. met. 2, 10 pereo ..., immo iam -m perii, nisi tu propitiaris. 2, 28. 5, 13. 6, 31 decreveritis. 7, 4. 8, 22. 9, 6. 11, 27. flor. 14 p. 48. TERT. nat. 1, 16 illic iam -m ... poenas dabant. pall. 4. EDICT. de temp. accus. (Bruns font.⁷ 78) A 15 (*s. III?*) iam ⟨dudum *suppl. Mitteis*⟩ id obtinendum fuit. PANEG. 10 (4), 8, 2 iam -m ... pervideras *eqs.* 10 (4), 27, 2 quo iam -m contenta veniebat *oratio*. 11 (3), 9, 2 iam -m aquarum ductibus pessumdatis. PORPH. Hor. carm. 1, 9, 16. 3, 20, 10. TREB. trig. tyr. 12, 7 divitiae me iam -m ab usu militiae retraxerunt. LACT. mort. pers. 31, 2. 36, 6. DECRET. decur. Paest. Gent. (Corp. X 476) honorem ... optulimus (477. DECRET. patron. Naunit. [Corp. IX 10] 7 *syn.* iampridem. *cf.* DECRET. fabr. Volsin. [Corp. XI 2702] 7 beneficia ... in nos conlata). CHALC. comm. 254. 348. 353. OPTAT. 2, 17 p. 51, 16 qui vos iam -m redire iusserat (COD. Theod. 1, 5, 13 [*a. 400, opp.* nunc]. NOVELL. Iust. 111 pr.). AVSON. 400, 3. AMM. 26, 6, 17 sepulta iam -m negotia. CLAVD. DON. Aen. 3, 663 p. 348, 7 inflicta iam -m caecitas. MART. CAP. 8, 804 MARCELL. chron. II p. 102, 527 COD. Theod. 7, 22, 4 (*a. 332*) iam -m sanximus. 9, 1, 19 pr. (*a. 423* = COD. Iust. 9, 2, 17) ordinem iam -m legibus institutum. 10, 10, 20 (*a. 392*) lata sunt. 11, 19, 3 (*a. 334* = COD. Iust. 4, 20, 9) praecepimus (11, 36, 13 *a. 358*). 16, 5, 52 pr. (*a. 412*) definita sunt (COD. Iust. 5, 17, 10 *a. 528 al.*). 16, 5, 52, 5 (*a. 412*) statuimus (*cf.* 12, 1, 181 pr. [*a. 416*]. COD. Iust. 3, 22, 5 *a. 294*). COD. Iust. 5, 42, 4 (*a. 294*) obtinuit. 12, 19, 8 (*a. 443/4?*) praestitis ... privilegiis. *al.* CORP. VIII 15881, 5 simulacrum, quod iam -m a latronibus fuerat ... sublatum. CARM. epigr. 712, 18 (= INSCR. christ. Diehl 1644 *s. VI*). 1365, 7 (= Diehl 46 *a. 506*). iam -m, quom (*cf. p. 2176, 19*): PLAVT. Asin. 890. Trin. 1010. *nota:* CHALC. comm. 160 cum ... omnia iam -m (*sc. ab initio mundi*) decreta sint. *i. q. 'iam olim'*: CHALC. comm. 197 namque ego iam -m vixi puer et solida arbos (*cf. Carm. frg. Diog. Laërt. 8, 77* ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε). *hinc saepius apud posteriores vi evanida particulae 'iam' i. fere q. 'olim' vel 'dudum, antea'* (*cf. supra p. 2177, 83*): DAMAS. epigr. 2, 1 iam -m Saulus ... meruit cognoscere lumen (*i. 'olim'*). OPTAT. 1, 11 p. 14, 6 quod iam -m ... didicerant. 2, 25 p. 61, 21 (*opp.* nunc). 3, 3 p. 78, 10. 3, 3 p. 80, 11 (*opp.* postea). 5, 4 p. 127, 13 (*opp.* modo, postea). 5, 8 p. 138, 23 (*opp.* hoc loco). 6, 1 p. 144, 2 (*opp.* modo). 7, 1 p. 163, 9 (*opp.* proxime). *al.* (iam pridem *semel tantum*, dudum *nusquam, ut videtur*). AVG. serm. 5, 6 hoc est quod dicebamus iam -m (*cf.* 5, 3. 22, 7, 7. 170, 8, 8 [*opp.* nunc]. in epist. Ioh. 4, 9). 51, 12, 19 (*opp.* nunc). in epist. Ioh. 7, 6 (*opp.* modo). ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele rec. gall. 59, 19 mulier ..., quae iam -m casta fuit, scelus utrumque admisit (rec. vet. prius). VICT. VIT. 2, 12 qui sese iam -m omnibus lenem ostenderat ..., coepit.

B *i. q. statim, ilico* (*simili contaminatione ortum, ut vid., atque* quin *seq. imperativo; inde a* VERG., *vix iam* CATVLL., *v. supra p. 2178, 84*):

1 *cum imperativo* (*cf.* GLOSS. quam primum. paulo ante, quam primo): VERG. Aen. 2, 103 si omnes uno ordine habetis Achivos, ... iam -m sumite poenas (*cf.* SERV. *ad l.*: 'quam primum' [1, 580: 'cito']. CLAVD. DON. *ad l.* p. 161, 11 DON. Ter. Andr. 228). OV. epist. 18, 118 iam -m pecca[s], si mea fata petis! 19, 80 iam -m dominae more venire iube! met. 11, 482 ardua iam -m demittite cornua! 13, 457 'utere iam -m generoso sanguine' dixit. SEN. Med. 191 vade veloci fuga monstrumque saevum horribile iam -m avehe. Oed. 80 profuge iam -m ocius. epist. 75, 7 iam -m gaude, si sufficis rebus. 84, 11 relinque ista iam -m. STAT. Theb. 1, 270 iam -m ab sedibus illis incipe.

2 *c. aliis modis*: VERG. georg. 1, 213 lini segetem ... tempus *est* humo tegere et iam -m incumbere aratris (SERV. *et* SCHOL. Verg. Veron. *ad l.*: quam primum). OV. ars 1, 317 dixit et ingenti iam -m de grege duci iussit *vaccam Pasiphaë*. 2, 457 candida iam -m cingantur colla lacertis. 3, 679 iam -m persuasus erit. met. 2, 843 dixit et expulsi iam -m monte iuvenci litora iussa petunt. 6, 405. fast. 4, 207 ardua iam -m resonat tinnitibus Ide (*cf.* SEN. Tro. 65 iam -m sonet fatalis Ide). SEN. Herc. O. 320 saxa iam -m ac faces in te ferentur. clem. 1, 3, 5 iam -m dexteram flammis obicimus. epist. 17, 9 si necessitates ultimae inciderunt, iam -m exi⟨li⟩et *sapiens* e vita. 70, 26 quare ... non ... omne ludibrium iam -m effugio? LVCAN. 4, 545 nec plura locuto viscera non unus iam -m transigit ensis. CALP. ecl. 2, 97 reclude canalem et sine iam -m sitientes irriget hortos. VAL. FL. 3, 235 talibus insultans iam -m numine divae deficit (*cf.* 5, 428 iam deficit). 6, 456 iam -m prosilit altis diva toris. 6, 605. SIL. 1, 300 pandere iam -m portas et cedere vallo imperat. 1, 689 magister prospiciens signis venturum in carbasa Corum summo iam -m substringit lintea malo. 3, 329 imbelles iam -m annos praevertere saxo. 5, 499 corripit aeratam iam -m in bella bipennem ... Sychaeus (*vix c. partic. iungendum, cf. sub A 2 p. 2179, 41 al.*). 8, 37 tendat *Hannibal* iam -m in Iapyga campum. 9, 650 abrumpere cuncta iam -m cum luce libet. 10, 126 invadunt rabidi iam -m ... catuli. 11, 103 nonne exturbatos iam -m limine templi (*sc. Campanos legatos*) praecipites agis ad portas? 15, 353 ardentes attollere sese iam -m certant in equos. STAT. Theb. 6, 857 iam -m aetherias eadem reditura sub auras *cupressus*. 10, 604 ille coronatos iam -m amplectitur ignes.

C *singulariter neglecta fere vi adverbii* dudum *i. q. 'iam'* (*cf. p. 2177, 60*): PORPH. Hor. sat. 1, 6, 65 videtur hoc verum esse, ut nemo non in aliquo vitio sit constitutus, sed iam -m (actum *Pauly; 'das ist lange [längst] gut; ich bin lange zufrieden' similia sermonis cottidiani nostri propria confert Heraeus in plagulis*) bene est, si illud vitium sit par⟨v⟩um.

syn.: ad I A 2: aliquando, iampridem, olim, primitus. *ad II A*: ante, iampridem, prius. *opp.: ad I A*: nunc; postea. *ad II A*: modo, proxime, hoc loco, nunc; postea. *compos.*: perdudum (*v. p. 2177, 3*). *Hofmann.*

duella, -ae *f.* [*a* duo *derivatum, cf.* sextula. *Th.*] *de u vocali v. l. 63. i. q. unciae pars tertia*: LIB. de asse 15 p. 74, 21 unciae pars alia semuncia, alia -a *eqs. ibid.* p. 74, 24 -a tertia pars *est unciae*. 16 -a octo *continet scripulos* (EXC. metrol. chron. I p. 550 -a scrip. VIII. GLOSS.ᴸ V Abba DV 7). CARM. de pond. 23 sextula cum dupla est, veteres dixere -am (ISID. orig. 16, 25, 15 sextula bis assummata [*K*, assum(p)ta *al., cf. Linds. ad l.*] -am facit). METROL. p. 131, 13 *v v* -a (*cf. ibid. l. 9 v* sextula), VIII scripuli, id est tertia pars unciae, habens siliquas XLVIII.

dvellātor, -ōris *m. forma prisca vocis q. e.* bellator, *cf. vol. II 1805, 57.* PLAVT. Capt. 68 valete, iudices iustissimi domi dvellique (*v. vol. II 1822, 50*) -es optumi (*cf. vol. II 1806, 50*).

dvellicus, -a, -um. *antiqua forma vocabuli q. e.* bellicus, *cf. vol. II 1810, 73. 1812, 35. 79.*

duellio, -ōnis *m.* (*et f?*). *vox fortasse ex* perduellio *ficta; cf. L. Lange, Kl. Schriften II 367 sqq. de scriptura: in* GLOSS. *hic illic*: debellio, dellio, divellio (*v. p. 2181, 24*), duvellio, duelio. *de u vocalis natura*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 521, 7 cum dicis -o, u consonans non est. **1** *m.* CHAR. gramm. p. 273, 23 B. per pro perquam ..., ut perduellio perquam duellio et plus quam hostis (*cf. Lindsay, Gloss.ᴸ IV p. 176 ad* 'perduellio'). GLOSS.ᴸ II Abav. DU 7 pugnator, belligerator. *sim. al.* II Philox. DE 554 d⟨u⟩elliones ἀντάρται, ἀκαθοσίωτοι, τύραννοι καὶ τυραννίδες. III Abol. DU 5 perditis (perditus? *Lindsay*; perduellis *ci. Nettleship*). *sim. al.* V Aa D 916 debellans pauperum (-o debellans. ⟨puellam⟩ puerperam *ci. Lindsay*). Abba DE 77 bellator. GLOSS. V 287, 62 rebellis, quia antiqui duellum bellum dicebant *eqs. cf. p. 2181, 24.* ? **2** *f.* (*e corruptela vocis*

[*Brandt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

duellium *i.* duellum, *v. infra l. 39, vel per contaminationem hic vocis usus ortus videtur* [*'cf. etiam* perduellio *fem. i. rebellio'. Heraeus in plagulis*]): GLOSS.^{L} II Philox. DI 291 divellio: πόλεμος. 293 divelliones: πόλεμοι, ἁρπαγαί. *cf. etiam p. 2180, 80* τυραννίδες (*cf. l. 46*).

duellis, -is *m.* [*a* perduellis *tractum esse videtur. Th.*] *i. q. perduellis, hostis. de significatione*: GLOSS. V Abba DV 6 -bus: adversariis. Gloss.^{L} IV Plac. A 75 antiqui peregrinos et pari iure viventes ⟨hostes dicebant⟩ (*add. Mai, probavit Deuerling*), at eos quos (*ci. Deuerling*; adeo usque *codd.*) nunc hostes -es (perduelles *ci. Heraeus in plagulis*) appellabant. ARNOB. nat. 1, 16 p. 13, 8 si, ut in bellis accipiatur vulnus, ego dicor adferre fortunam, cur, -es cum pereant, laevum augurium non sum? *loco dubio*: AMM. 29, 5, 52 *populares suos* promptos ... ad -is (perduellis *edd.; cf.* 29, 5, 55 perduellem) favorem.

duellium *v.* duellum.

duello, -āre. *a* duellum. *cf. p. 2182, 5 sqq. et vol. II 1816, 81 sqq. i. q. singulari certamine congredi*: FVLG. Theb. p. 181, 26 -ant fratres (*sc. Eteocles et Polynices*). p. 185, 19 -ant fratres, id est avaritia et luxuria.

dvellum (duellum), -ī *n. vocis q. e.* bellum *forma prisca. cf. vol. II 1822, 33 sqq. de origine*: PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 176^{b} (p. 66 M.) *v. vol. II 1822, 74. ibid. alia, quibus adde*: SCHOL. Hor. epist. 1, 2, 7 dictum duellum, quod inter duas partes geratur. GLOSS. V 287, 62 antiqui -um bellum dicebant, eo quod generatur [*'geratur?' Heraeus in plagulis*] sibi contrarius a duobus (*sic*) partibus. *cf. etiam p. 2182, 6 sq. obsoletum esse testantur*: VARRO ling. 5, 73 Bellona a bello nunc, quae Duellona a -o. 7, 49 -um, id postea bellum. CIC. orat. 153 ut -um bellum ..., sic Duellium ... Bellium nominaverunt. QVINT. inst. 1, 4, 15 ex -o bellum. PRISC. gramm. III 497, 6 -um antiqui dicebant pro bellum. GLOSS.^{L} II Philox. DU 39 -um πόλεμος ἀρχαίως. *cf. etiam supra l. 24. de prosodia: bisyllabum*: PLAVT. Amph. 189 (*in versus octonarii initio, v. infra l. 56*). Asin. 559 (*ibid.*). Capt. 68. Truc. 483 (*v. infra l. 57*). TAB. triumph. Aemil. (*in initio versus Saturnii v. l. 68*). *cf. etiam p. 2180, 69. trisyllabum inde ab* ENN. ann. 168 (*l. 59*). *de formis*: debellum, devellum: LIV. 1, 32, 12 *cod. M* (de uello; *cf. A. Frigell, Collatio codd. Liv., Upsala Univ. Årsskrift 1878 p. 31 ad p. 34, 33*). CYPR. GALL. num. 576 *cod. A* (dev-). COMM. instr. 2, 10, 1 (deb- *in initio versus, v. l. 82*). GLOSS. duellium: PRISC. gramm. III 497, 6 *pars codd.* (*cf. adn. gloss. cod. L.*) NOT. Tir. 91, 55. GLOSS. *saepe.* diellium: GLOSS. *hic illic.* avellum (*?*): *v. infra l. 48 sqq. de notione* (*cf. L. Lange, Kl. Schriften II p. 354 sqq. et Stolz-Leumann p. 147*): SYNON. Cic. Gloss. I p. 82, 32 pugna bellum proelium -um dimicatio. GLOSS. bellum. pugna. πόλεμος *cf. etiam supra l. 23 sqq. 26 sqq. p. 2182, 6 sq. obscurius*: GLOSS.^{L} I Ansil. DU 79 -um: secundum bellum. GLOSS. IV 508, 30 -ium: pugnam, hostem. II 461, 7 τυραννίς -ium (*cf. supra l. 4*). *nota*: DIFF. gramm. suppl. p. 284, 4 inter bellum et avellum (*sic*) interest, quod *eqs.* (*v. vol. II 1822, 57 sqq.*). *legitur inde a* PLAVTO *et* ENNIO. *obsoletum Ciceronis aetate (cf. l. 26 sqq.) revocatur ab* HOR.; *inde maxime apud poetas in usu est, inprimis in fine versus heroici; apud* CIC. *et* LIV. *in locis antiquum sermonem reddentibus. post eos in sermone pedestri nonnisi de gladiatorum pugnis.* [*ex coni. Bergkii*: LVCR. 4, 968 degere -um; *cf. vol. II 1830, 8.*].

a *de rebus ad I pertinentibus*: α *in imagine adhibitis*: PLAVT. Curc. 11 ex -i oriundum melculo -i meo. VARRO rust. 3, 2, 10 fructus (CIC. frg. inc. J 18 litterarum. QVINT. inst. 12, 6, 3 studiorum [HIER. epist. 52, 3, 4]. AVSON. 322, 72 radicis amarae. VVLG. cant. 2, 3 CASSIOD. in psalm. 1 div. MVTIAN. Chrysost. hom. 30 p. 427/8). CATVLL. 65, 3 musarum ... fetus. VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 eloquentiae ... alimenta. PETRON. 64, 3 abistis -es caricae (*i. ioci*). APVL. met. 2, 10 -e et amarum gustulum (*i. savium*) carpis. FIRM. err. 18, 5 -e est caeleste pabulum, -is dei cibus. AVIEN. orb. terr. 262 -is in his *carminibus* haustus. carm. ad Flav. 22 fellitus ... sapor nil -e meo sinit esse palato. AVG. c. Faust. 9, 1 duae arbores, -is et amara. CASSIOD. inst. div. 6 p. 1119[A] eloquentiae ... liquore. *adde*: CORP. VIII 19609 (= CARM. epigr. 1607) ut -is flos, filius breviter frunitus anima, ut rosa. β *proprie adhibitis*: VERG. georg. 2, 216 cibum (CALP. ecl. 5, 52 APVL. met. 10, 13 VVLG. psalm. 54, 15. *cf.* MANIL. 4, 112 escis). DIRAE 49 auras (VAL. FL. 6, 561 APVL. met. 6, 12). HOR. carm. 2, 6, 10 -e pellitis ovibus ... flumen. COLVM. 10, 235 quae *cinara* -is Iaccho potanti veniat nec Phoebo grata canenti. VVLG. Sirach 23, 24 homini fornicario omnis panis -is (ἡδύς. AVG. in psalm. 68 serm. 2, 1).

b *de aliis rebus* (*plerumque incorporeis; de corporeis l. 77 sq. 80. p. 2191, 7. 11. 13. 21 sqq.*): α *generatim* (*accedit abl. infra l. 63. 67*): VARRO Men. 111, 3 hilaritatis -e seminarium. CIC. Catil. 4, 16 libertas (PHAEDR. 3, 7, 1 TERT. nat. 2, 14 p. 125, 12 HIL. ad Const. 1, 2). CIC. de orat. 3, 103 suavitatem ... austeram et solidam, non -em atque decoctam. Brut. 326 sententiae (SEN. contr. 2 praef. 2. 2, 1, 39. suas. 7, 12 SEN. epist. 114, 16 FRONTO p. 106, 4 N. 121, 10. *cf.* QVINT. inst. 12, 10, 60 *modus* sententiis -is). CIC. fin. 2, 10 motum (*alio sensu*: MANIL. 2, 42). 2, 16 voluptatem (30 PVBLIL. V 2 LYDIA 60 GRATT. 283 AVG. serm. 283, 2, 1 PETR. CHRYS. serm. 5 p. 199[B]). CIC. Att. 16, 3, 6 salus. *cf. p. 2194, 6. 8.* CATVLL. 64, 175 forma. LVCR. 2, 730 labore (3, 419. OV. fast. 6, 661 -is erat mercede labor. MART. 12, 18, 10. *cf. p. 2192, 52*). LVCR. 2, 997 vitam (3, 66 FILASTR. 123, 4 AVG. in psalm. 43, 2 CORP. XIV suppl. Ost. 5186 [CARM. epigr. 2176, 9] vixi -issima⟨m⟩ vita⟨m⟩. *cf. p. 2191, 29. 2193, 83. 2194, 11*). LVCR. 5, 21 solacia (6, 4 SEN. dial. 10, 4, 2. *cf.* HOR. epod. 13, 18 alloquiis [STAT. silv. 2, 1, 232. *cf. p. 2192, 6*]). LVCR. 5, 1397 cachinni (1403. *cf.* MANIL. 5, 145 risus [IVST. 1, 4, 12]). VERG. georg. 1, 342 somni (Aen. 4, 185 CIRIS 206 VAL. FL. 4, 389. 531. 8, 82 STAT. Theb. 1, 306. 4, 431 silv. 5, 5, 85 APVL. met. 10, 35 AVSON. 363, 14 TAB. devot. Audollent 289[b], 16. *v. etiam p. 2191, 30 sq. cf.* CIRIS 315 sopore [HOR. epod. 5, 56 VAL. FL. 5, 49]). VERG. Aen. 1, 694 umbra (CVLEX 122). 4, 651 exuviae (*cf.* VAL. FL. 4, 30 pharetrae). 6, 522 quies (CVLEX 161 OV. rem. 206 [*vulg.*, pingui *R*] SEN. Thy. 393. *cf.* CVLEX 89 requies). HOR. epod. 16, 35 reditus (LYGD. 3, 27). carm. 1, 37, 11 fortuna. 3, 8, 6 epulas (SIL. 7, 182 STAT. Theb. 8, 254 CLAVD. carm. min. 29, 17. *cf.* PROP. 3, 10, 25 convivia [OV. fast. 1, 401 ACTA Achat. 2]). HOR. epist. 1, 1, 51 palmae (*cf.* OV. epist. 3, 122 gloria. *v. etiam p. 2195, 56 et 62.* 1, 18, 86 cultura potentis amici. 102 lucellum (PHAEDR. 3 prol. 26

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lucrum. *cf. infra l. 27*). PROP. 1, 8, 32 regna. OV. am. 2, 8, 21 pretium (Pont. 2, 4, 16). epist. 13, 122 mora (PHAEDR. 3 prol. 59 MART. 10, 6, 5). OV. ars 1, 594 ioco (3, 328). met. 4, 284 novitate. fast. 3, 228 usus (DRAC. laud. dei 2, 312). MANIL. 4, 174 usuris. 527 lepore (VAL. MAX. 8, 9 ext. 2). VELL. 1, 17, 1 facetiae. PHAEDR. 3, 15, 22 benevolentiam (STAT. silv. 1, 6, 83 favore). SEN. apocol. 4, 1 pensa. Phaedr. 591 munus (MART. 9, 94, 5). Tro. 1140 lumen (SIL. 16, 73 FIRM. math. 5 praef. 3 VVLG. eccles. 11, 7. *cf. p. 2193, 84. 2194, 12*). SEN. dial. 6, 5, 4 blanditias. benef. 3, 17, 2 rei (PS. APVL. Ascl. 12). nat. 1, 17, 6 aspectum. 7, 1, 1 spectaculum (SIL. 10, 453) epist. 23, 3 oblectamenta. 50, 9 philosophia. VAL. FL. 7, 513 visus. SIL. 2, 520 honor. STAT. Theb. 2, 23 polos. 4, 231 sacrum. 11, 135 sereno (QVINT. decl. 321 p. 261, 20 AVIEN. Arat. 741). 11, 621 tenebras. 12, 48 astris. silv. 1, 2, 12 probitate. 1, 4, 56 opus (*cf. p. 2192, 46*). 5, 2, 9 auspicium. MART. epigr. 20, 4 ingenium (PLIN. epist. 2, 13, 7. 8, 12, 4). 5, 19, 16 virtus. 9, 11, 5 nomen (*cf. p. 2193, 77 sqq. 2194, 14*) nectare -ius. QVINT. inst. 10, 1, 101 affectus. IVV. 9, 88 legatum. QVINT. decl. 377 p. 420, 21 via. PS. APVL. Ascl. 41 efficacia. MIN. FEL. 23, 8 figmentis et mendaciis. CYPR. epist. 33, 2 p. 567, 20 pacem (AVG. civ. 4, 3. 19, 5). PANEG. 8 (5), 14, 2 necessitas. 10 (4), 3, 4 studium (AVG. in euang. Ioh. 57, 3). 12 (2), 24, 3 recordatio. AVSON. 325, 66 ultio. Mos. 200 pompas (HIER. epist. 22, 17, 3). HIER. epist. 22, 6, 4 calore. AVG. serm. 175, 8, 9 stratu. MART. CAP. 9, 919 stramen. POMER. 3, 16, 2 deliciis. CASSIOD. inst. div. 4 refectionis. 21 p. 1135^D varietate. var. 10, 33, 2 gratia. ANTHIM. epist. p. 7, 19 digestio. COD. Iust. 9, 23, 1 officio. CARM. epigr. 1166, 4 (= CORP. VI 18324) nequitias. *accedit dat.*: OV. fast. 1, 194 cuius non animo -ia lucra forent (*cf. supra l. 1*). SEN. nat. 6, 4, 2 est mihi -is inspectio. epist. 63, 7 cogitatio. 108, 22 consuetudo. SIL. 12, 320 spem miseris -em. CALP. decl. 26 -is est omnibus vita et iucunda vel miseris huius lucis usura. VVLG. eccles. 5, 11 -is est somnus operanti (Ier. 31, 26 *cf. p. 2190, 73 sqq.*). AVG. serm. 153, 8, 10 spectaculum, meretrix ..., cantilena -ia sunt ista concupiscentiae, -ia plane, suavia, delectabilia. SVLP. SEV. dial. 3, 1, 2 -is et grata cognitio est ... relegenti.

coniungitur cum substantivis contrariae notionis (*cf. p. 2192, 54 sqq. 2193, 18 sqq.*): CIC. Cato 65 *vitia senectutis* -iora fiunt ... moribus bonis (QVINT. inst. 10, 1, 129). PVBLIL. O 5 tormentum (*cf. p. 2192, 59*). HOR. carm. 3, 25, 18 periculum. VAL. FL. 3, 371 lacrimis (STAT. Theb. 4, 781 silv. 2, 7, 134 AMBR. exc. Sat. 1, 74 PASS. Petr. 6). SIL. 12, 35 exitium (SER. SAMM. 1005 morte. *cf. infra l. 48*). HOMER. 116 pondere (CLAVD. 17, 19 VEN. FORT. carm. 2, 2, 24 *de cruce sancta*: -e lignum -e clavo -e pondus sustinens. *cf. l. 50 sq. 2192, 57. 60*). STAT. Ach. 1, 398 armorum furiis (*cf. p. 2192, 59*). Theb. 5, 162 nefas (*cf. p. 2192, 61*). 9, 18 tabo. 12, 639 ferro (*i. bello*). PS. QVINT. decl. 8, 3 error *cf. l. 49.* ANTH. 415, 1 malum (VVLG. Iob 20, 12 *cf. p. 2192, 56 sq*). CORP. III 9506 (= CARM. epigr. 666, 5; *a. 375*) tumuli consortia -is. AVG. serm. 153, 8, 10 quamdiu blanditur iniquitas et -is est iniquitas, amara est veritas. 278, 5, 5 peccatum. *acced. dat.*: LYDIA 57 letum vita mihi -ius esset. *cf. l. 40.* OV. Ib. 208 fletus. VAL. FL. 6, 473 -is ... labantibus error. *cf. l. 44.* STAT. Theb. 7, 165 -e ferenti pondus eram. *cf. l. 40 sqq.* 9, 212 numquam tibi -e superbi regis onus. *cf. l. 40 sq. p. 2192, 57 sq.* silv. 2, 6, 15 -e volenti servitium. VEG. mil. 3, 12 inexpertis ... -is est pugna.

β speciatim: *de sono, voce, oratione, cantu, sim.* (*acced. abl.: infra l. 67. 76, supin. II: infra l. 74 et 84; cf.* VERG. Aen. 12, 802 ore [OV. met. 12, 577]. *cf. etiam* dulciore locus): PLAVT. Poen. 968 orationem (CIC. Brut. 295. Cato 31 ex *Nestoris* lingua melle -ior fluebat oratio [*item de Nestore*: HIER. epist. 52, 3, 6. *cf. Hom. Il. 1, 249. v. etiam infra l. 61. 84.*]. SEN. epist. 40, 2 VINCENT. LER. 17, 23, 6. *cf.* CIC. orat. 42 -e ... orationis genus). Truc. 180 dicta lingua -ia datis, corde amara facitis (*cf.* QVINT. inst. 2, 8, 4 genere dicendi ... -i). RHET. Her. 4, 33, 44 cuius ore sermo melle -ior profluebat ([*item de Nestore*: QVINT. inst. 12, 10, 64 *v. l. 56 sq. 84*]. CIC. orat. 32 epist. 9, 24, 3 PLIN. epist. 1, 10, 5 ANTH. 441, 5 FIRM. math. 6, 13, 3. VVLG. Rom. 16, 18 χρηστολογίας. CASSIOD. inst. div. 17 p. 1134^C ORIG. in I reg. 1, 1 p. 2, 11 B. *ibid.* p. 3, 4 B.). CIC. de orat. 2, 34 cantus (HOR. carm. 2, 12, 13 MANIL. 5, 332 LAVS Pis. 167 CALP. ecl. 2, 6 SIL. 11, 432. *cf.* PLIN. nat. 2, 6 concentus [PS. APVL. Ascl. 13 melo divino -issimum. CENS. 10, 6]. TER. MAVR. 2851 cantilenas [BOETH. mus. 1, 1 p. 180, 2. 186, 13]). CIC. orat. 57 voce (VALG. carm. frg. 2, 3 TIB. 2, 6, 47 SEN. contr. 3 praef. 3 SEN. epist. 76, 9 QVINT. inst. 11, 3, 40 FIRM. math. 4, 14, 17 HIER. epist. 60, 1, 2 VVLG. cant. 2, 14. *cf.* FRONTO p. 101, 12 N. voculas). rep. 6, 18 sonus (off. 1, 133 HOR. carm. 2, 13, 38 OV. ars 2, 284 SEN. Oed. 612 Phaedr. 514 epist. 123, 9 PETRON. 127, 5 QVINT. inst. 11, 3, 16 SVET. Aug. 84, 2 PS. APVL. Ascl. 38. CYPR. zel. 2 p. 420, 5 soni -ioris auditu. FIRM. math. 6, 8, 1 VVLG. Ezech. 33, 32 MART. CAP. 1, 27). LVCR. 4, 584 querelas (5, 1384 NEMES. ecl. 2, 15. 4, 13 cantu. AVSON. 325, 44). HOR. carm. 3, 9, 10 modos (*v. p. 2190, 63.* LYGD. 4, 42 OV. fast. 1, 444 SEN. Ag. 584 FIRM. math. 8, 6, 5 VVLG. Sirach 47, 11 BOETH. mus. 1, 1 p. 179, 18. 24. *cf.* APVL. met. 5, 15 modulis [11, 9 AMM. 15, 9, 8]. FIRM. math. 5, 5, 6 modulatione [6, 8, 2. 6, 31, 84. 7, 26, 7. 8, 24, 8. 8, 30, 7 HIER. epist. 21, 13, 4]). HOR. carm. 4, 3, 18 strepitum (APVL. met. 11, 7). OV. am. 2, 19, 17 verba (ars 2, 152 Pont. 4, 9, 13 LAVS Pis. 62 ITALA Hebr. 6, 5 [Tert. pudic. 20 p. 266, 27; καλόν. VVLG. bonum]. AVSON. 211, 23 mellitae nectare vocis -ia fatu verba canentem Nestora [*v. p. 2191, 56 sq. 61*]. VVLG. prov. 7, 5 Sirach 6, 5 VAL. CEM. hom. 5, 5). MANIL. 2, 147 -em ... per aures affectum. SEN. contr. 1, 4, 7 Gorgias inepto colore, sed -i. SEN. nat. 6, 13, 1 eloquii (ITALA psalm. 18, 11 [Tert. adv. Marc. 4, 17 p. 475, 3 domini eloquia. VVLG. iudicia]. HIER. c. Lucif. 7 p. 162^B VVLG. psalm. 118, 103 cant. 4, 3). VAL. FL. 1, 251 alloquiis (*cf. p. 2190, 71*). STAT. silv. 1, 4, 29 facundia. 4, 8, 15 tumultu. QVINT. inst. 11, 3, 179 exclamationes. MIN. FEL. 2, 1 loquellam ipso offensantis linguae fragmine -iorem. RVFIN. Orig. in gen. 8, 2 appellationibus. VITA Vedast. 1, 7 effamina. *de musicae instrumentis (acced. abl.: l. 12), cf.* APVL. flor. 20 p. 97 *bibi creterram* musicae -em: HOR. carm. 1, 17, 10 fistula (PROP. 4, 4, 5). TIB. 1, 7, 47 -is (-i ς) tibia cantu. POMPON. trag. 8 chelys. VAL. FL. 1, 277 testudine. 3, 159 pectine (*cf. p. 2189, 53*). HOMER. 586 cithara (*cf. Il. 9, 186* φόρμιγγι λιγείῃ). STAT. Theb. 9, 724 lituos. Ach. 1, 572 fila lyrae. FIRM. math. 5, 2, 12 organis. CLAVD. carm. min. 31, 6 lyrae. *de operibus poeticis pedestribusque* (*acced. dat.: l. 18*): CIC. Att. 15, 13, 4 epistulam (SEN. epist. 96, 3. AVG. in epist. Ioh. prol. epistula *Iohannis* satis -i omnibus, quibus *eqs.* PS. AVG. serm. 201, 2. *cf.* HIER. epist. 49, 1 litteris. 52, 5, 7 litterulas [litteras *al.*]). CATVLL. 68, 7 carmine (*reliqua exempla v. vol. III 471, 49 sqq.; adde*: MART. 13, 77, 1 FIRM. math. 6, 30, 25). HOR. ars 99 poemata. SEN. benef. 1, 4, 5 fabulam (PETRON. 39, 1 MART. 12, 52, 5). LAVS Pis. 176 melos (HIER. epist. 60, 4, 2). MART. 7, 25, 1 epigrammata. 8, 3, 11 nugas. QVINT. inst. 3, 1, 5 liber. 11, 3, 164 egressiones. PLIN. epist. 2, 3, 1 praefationes. GELL. 19, 9, 4 ἐλεγεῖα quaedam erotica -ia et venusta. 19, 9, 12 versus (*cf.* QVINT. inst. 9, 4, 143 versificandi genus). ANTH. 429, 9 tabellas. HIER. epist. 53, 8, 17 ἐπιθαλάμιον. 58, 9, 1 totum, quod legimus in divinis libris, ... -ius in medulla est. 60, 11, 2 pagina. MARCELL. chron. II p. 65, 398, 3 volumina. CASSIOD. inst. div. 2 p. 1113^C explanationes. GREG. M. epist. 5, 35 scripta (5, 40. 44 p. 343, 30).

de amore rebusque ad amorem pertinentibus: CIC. Lael. 66 amicitia (SEN. dial. 9, 7, 3 *cf. infra l. 54*). CIC. epist. 2, 1, 1 amorem (*v. vol. I 1970, 66; adde* CATVLL. 68, 96 VERG. georg. 3, 291 Aen. 6, 455 LYDIA 65 HOR. carm. 1, 9, 15 OV. fast. 5, 653 SIL. 8, 104. 146 STAT. Theb. 2, 399 MART. epigr. 25^b, 1 CARM. epigr. 44, 5. 969, 3 INSCR. Not. d. scavi 1927 p. 14 n. 5. *cf.* PVBLIL. B 13 Venus). CATVLL. 66, 13 nocturnae ... vestigia rixae (PROP. 3, 8, 1). 99, 2 saviolum (VERG. Aen. 1, 687 oscula [CIRIS 253 HOR. carm. 1, 13, 14 STAT. silv. 1, 2, 207 CALP. ecl. 3, 56 NEMES. ecl. 2, 37]). CATVLL. 100, 4 fraternum ... sodalicium. VERG. georg. 3, 217 illecebris (CYPR. epist. 34, 2 p. 570, 2 MART. CAP. 1, 85). 4, 346 furta (TIB. 3, 11, 7 PROP. 2, 30, 28 OV. met. 9, 558 STAT. Ach. 1, 938 NEMES. ecl. 2, 7 ARNOB. nat. 5, 31). VERG. Aen. 8, 568 amplexu (LVCAN. 5, 793 VAL. FL. 1, 237). LYDIA 59 Veneris ... gaudia (OV. ars 3, 798 NEMES. cyn. 25). HOR. carm. 4, 1, 4 cupidinum. PROP. 2, 5, 17 Iunonis ... iura. 3, 20, 20 arma. OV. am. 1, 4, 48 opus (ars 2, 480 fast. 3, 566. *cf. p. 2191, 14*). PHAEDR. 3, 8, 13 caritatem. app. 14, 28 nuptias (*cf.* VAL. FL. 8, 402 taedae. STAT. silv. 1, 2, 211 conubia [APVL. met. 5, 6]). MART. 14, 39, 1 lectuli. APVL. met. 10, 22 gannitus. 11, 25 matris affectionem. DRAC. laud. dei 2, 642 flamma (ANTH. 448, 3). *accedit dat.*: PROP. 3, 8, 29 -ior ignis erat Paridi. OV. epist. 13, 142 hoc genus officii (*sc. osculandi*) -e duobus erit. SIL. 2, 627 -es ... marito effluxere tori. 2, 638 -is labor ... in vultu genetrici stare suorum (*cf. p. 2190, 67*). PORPH. Hor. epist. 1, 18, 86 amicitiam (*cf. supra l. 32*). *cum substantivis contrariae notionis* (*cf. p. 2191, 35 sqq. 2193, 18 sqq.*): CATVLL. 68, 18 amaritiem. PVBLIL. J 46 dementia. PROP. 3, 15, 10 vincla. OV. am. 2, 9, 26 malum (SEN. Ag. 589. Phaedr. 134 *cf. p. 2191, 45*). 2, 16, 30 onus (epist. 6, 120 met. 9, 339. fast. 2, 760 *cf. p. 2191, 40 sqq. 50 sq.*). ars 2, 724 gemitus. STAT. Theb. 1, 68 furias (*cf. p. 2191, 43*). MART. 7, 29, 1 tormentum (*cf. p. 2191, 37*). 14, 151, 1 pondere (*cf. p. 2191, 40 sqq. 50 sq. et supra l. 57 sq.*). APVL. met. 4, 31 vulnera. DRAC. Romul. 2, 39 nefas (*cf. p. 2191, 43*).

de tempore, sim.: CVLEX 71 vere. HOR. epod. 1, 8 otium (MANIL. 5, 173 PLIN. epist. 1, 9, 6 AVSON. 399, 31). HOR. carm. 1, 16, 23 iuventa. OV. met. 7, 752 annos (fast. 1, 188 STAT. Theb. 4, 354 CORP. VIII 2600 INSCR. christ. Diehl 4265^adn.). SEN. epist. 9, 7 infantia. STAT. silv. 3, 1, 161 decus (*sc. iuventutis. v. p. 2195, 50*). IVV. 12, 1 lux. PLIN. epist. 2, 18, 1 aetatem.

de locis fere i. q. amoenus: HOR. epist. 1, 16, 15 latebrae -es et ... amoenae (SER. SAMM. 79). STAT. silv. 3, 2, 138 nemus (MART. 1, 49, 7). MART. 3, 20, 18 Pollionis -e rus (*cf. p. 2194, 20*) ... ad quartum *sc. lapidem.* 10, 30, 1 litus (*cf. p. 2194, 25*). PLIN. epist. 3, 1, 6 secretum. *cf.* AVG. serm. 52, 9, 22 secretarium -e conscientiae tuae. *c. abl. i. q. fertilis*: SOL. 52, 24 *arboribus* Graecia -is est. *de aedificiis, sim.*: OV. hal. 122 avium ... nidos. *cf. p. 2194, 27. 30.* STAT. silv. 1, 1, 39 sedes. MART. 1 praef. 19 sacrum Florae. CARM. epigr. 1292, 3 hospitium.

c *de animantibus* (*de deis deabusque*: VERG. catal. 5, 12 Camenae [5, 13 HOR. epist. 1, 19, 5]. georg. 2, 475 Musae [TAC. dial. 13 GLOSS. III 524, 7]. SEN. Phaedr. 302 *Iuppiter* -ior vocem moriente cygno. COLVM. 10, 426 Iacche. *de bestiis:* APVL. met. 5, 22 mitissimam -issimamque bestiam. IVVENC. 2, 459 columbas. PS. ORIG. tract. 16 p. 175, 16 turtur et hirundo, -es aves). *ceterum de hominibus*:

α generatim: *c. comparatione* (*acced. dat. l. 84. p. 2193, 4*): PLAVT. Asin. 614 melle -i -ior mihi tu es (OV. trist. 5, 4, 29 AVSON. 412, 3,

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PAVLA Hier. epist. 46, 1, 3 *Marcellam* illam mitem, illam suavem, illam omni melle et dulcedine -iorem. FACVND. defens. 4, 1 p. 609[B] contra suavissimum ... patrem melle Attico -iorem. CORP. VI 13148). VERG. ecl. 7, 37 Nerine Galatea, thymo mihi -ior Hyblae (Ov. met. 13, 795 matura -ior uva). HIER. epist. 58, 10, 1 Cyprianus instar fontis purissimi -is. INSCR. christ. Diehl 1824 (= CARM. epigr. 318), 4 ma⟨r-tyr⟩ ... Salsa (*cf. editores ad l.*) -ior nectare semper. *comparatione omissa* (*accedit abl. l. 15 et 16, supinum l. 12, in c. abl. l. 13*): PLAVT. Rud. 364 ut -is es. CIC. epist. 9, 15, 1 tu ipse tam amandus es tamque -is tamque in omni genere iucundus. PROP. 1, 12, 6 nec *Cynthia* nostra -is in aure sonat. 3, 7, 45 conviva. STAT. Ach. 1, 161 *Achilleus* -is adhuc visu. CARM. epigr. 422, 3 (= CORP. VI 7578; *a. 120*) coepi -is haberi. LAMPR. Alex. 44, 1 in iocis -issimus fuit. APON. 8 p. 146 facit diabolus eum ... de -e amarum. CASSIOD. inst. div. 20 *Ambrosius* inviolenta persuasione -issimus. 21 p. 1135[C] *Hieronymus* planus, doctus, -is. CARM. epigr. 495, 2 *Glyconis* -is nomine erat, anima quoque -ior. *adde*: QVINT. inst. 1, 4, 5 (*de eloquentia*) -is secretorum comes. *nota de subst. contrariae notionis* (*cf. p. 2191, 35 sqq. 2192, 54 sqq.*): AVG. in epist. Ioh. 9, 1 *caritas facit* vos -issimos exactores; ... quia, ubi caritas non est, amarus exactor est, ubi autem caritas est, et qui exigit, -is est.

β speciatim: de oratoribus, rerum scriptoribus, sim. (*acced. abl. l. 28. 31. 34, in c. abl. l. 27. 32. 38, gen. l. 32*): CIC. de orat. 2, 58 *Xenophon* vehemens fortasse minus, sed aliquando tamen est ... -ior. Brut. 50 Menelaum ipsum -em illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem (*Il. 3, 213 ἀγόρευεν παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως*). (AVSON. 211, 20 -em in paucis ... Plisthenidem). CIC. Brut. 105 oratorem (247 verbis. off. 1, 3). 121 quis ... Theophrasto -ior? orat. 34. off. 1, 108 -em et facetum ... Socratem. SEN. contr. 1, 1, 25 declamator. QVINT. inst. 10, 1, 73 Herodotus. 10, 1, 77 Hyperides. 12, 10, 44 facundior ... et ⟨e⟩loquendo -is magis. TAC. dial. 18 Cicerone mitior Corvinus et -ior. GELL. 16, 3, 1 homo ... fandi -issimus. ISID. vir. ill. 27 in loquendo ... -is. INSCR. christ. Diehl 2919 (= CARM. epigr. 772), 2 et visu grata et verbis -issima cunctis. *adde*: MART. 9, 77, 3 *Priscus* multa -i, multa sublimi refert, sed cuncta docto pectore. *de poetis*: CIC. Tusc. 2, 27 *poetae* ita sunt -es, ut ... ediscantur. PS. VERG. epigr. (*post catal. 14*) 1 vate Syracosio ... -ior. STAT. silv. 2, 7, 32 Gallionem. VRAN. epist. 9 p. 864[B] erat ... -is et bene suavis in versibus.

d *subi. pronomen aut infinitivus*: *α pron.*: PLAVT. Pers. 764 nihil hoc magis dulcest (CIC. Verr. II 5, 66 Phil. 5, 50 Brut. 262 rep. 1, 47 off. 1, 151 Att. 15, 13, 3 QVINT. decl. 381 p. 426, 16 TERT. adv. Marc. 3, 16 p. 403, 2 PS. TERT. adv. Iud. 9 p. 724 [Oehl.]). Truc. 371 hoc est melle -i -ius (CIC. orat. 94 SEN. contr. 2, 6, 8). CIC. Brut. 83 non quo illa Laeli *oratione* quicquam sit -ius (295). Tusc. 5, 105 quid est ... -ius otio litterato? (phil. frg. V 25 quid ... Herodoto -ius ... inveniri potest? SVLPICIA Tib. 3, 14, 3. *adde*: CARM. epigr. 1979, 2 [*saec. IV. p. Chr.*] quid sine te -e rear?). SEN. epist. 40, 1 quod in conspectu -issimum est (PLIN. epist. 2, 3, 6 GELL. 9, 9, 7 PANEG. 12 [2], 45, 6 GAVDENT. serm. 19 p. 999[A] SIDON. epist. 8, 11, 8). PLIN. epist. 4, 3, 4 quam -ia illa. *acced. dat.*: TER. Haut. 234 cui nihil iam praeter pretium dulcest (CIC. leg. 3, 19 ac. 2, 31 Tusc. 1, 94 NEP. Att. 18, 4 Ov. Pont. 2, 1, 3). CIC. rep. 1, 55 libertate ne feris quidem quicquam esse -ius (VERG. Aen. 4, 318. *cf.* SERV. auct. *ad l.* VERG. Aen. 12, 882). ARNOB. nat. 2, 55 quod sit omnibus salutare, quod -e. *omittitur pronomen* (*subiectum*): PLAVT. Stich. 704 nimio hic (hic magis est *P*) -ius. SEN. benef. 2, 6, 2 quam -e ... est! epist. 66, 18. 67, 15. QVINT. inst. 11, 3, 167 plenius ... et lentius ideoque -ius (*sc. est*). *acced. dat.*: SEN. epist. 104, 4 alicui tuorum esse -e, utile, optabile. STAT. Theb. 7, 236 ita -e Iovi. 8, 38. silv. 1, 2, 74.

β inf.: CARM. frg. Sen. contr. exc. 6, 8 nubere -e est (HOR. carm. 3, 2, 13. 4, 12, 28. epist. 2, 1, 103 Ov. epist. 17, 209 Pont. 2, 7, 69 SEN. Herc. f. 657 dial. 4, 32, 1. 4, 33, 1 epist. 12, 5. 66, 18 PLIN. nat. 7, 190 STAT. Theb. 1, 129. 2, 730. 4, 30. 5, 78 silv. 3, 5, 98. 5, 3, 248 PAVL. MED. bened. 5, 1). CIC. orat. 157 'non scire' ... barbarum ... videtur, 'nescire' -ius (158 -ius visum est ... dicere. Lael. 22 quid *est* -ius quam habere. LVCR. 2, 7 nil -ius est ... quam ... tenere). *accedit dat.*: *ad* -e est: CATVLL. 68, 160 HOR. carm. 2, 7, 28 Ov. Pont. 4, 9, 22 SEN. Tro. 1010. 1024 SIL. 13, 729 STAT. Theb. 4, 351. 5, 48. 6, 144. 264. 691. 10, 480 silv. 3, 1, 157 AVG. civ. 18, 32 p. 303, 25 D. *ad* -ius: TAC. dial. 6 quid ... -ius libero ... animo ... quam videre. *praecedit pron.*: PLAVT. Trin. 258 illud est -e, esse et bibere. CALP. ecl. 6, 81 hoc mihi ... -e ... fuerit, Lycidam spectare.

2 *i. q. carus, dilectus*: **a** *subicitur pronomen*: RHET. Her. 4, 51, 65 quae tibi -issima sunt in vita. Ov. trist. 3, 4, 54 quidquid ... nobis ... -e fuit.

b *de rebus*: *α generatim* (*accedit sup. II l. 78*): CIC. Verr. II 5, 163 o nomen -e libertatis (LIV. 24, 21, 3 libertatis restitutae -e auditu nomen. CALL. dig. 50, 16, 220, 3 -iore nomine appellare. *acced. gen.*: CIC. Phil. 2, 113 nomen pacis -e est [12, 9. 13, 1]. LVCR. 4, 1062 illius [*hominis amati*]. HOMER. 101 sororis. CLAVD. rapt. Pros. 1, 36 patris. 26, 304 mariti. *cf.* CARM. epigr. 963, 10 [*a. 12 a. Chr.*] suo. *v. etiam p. 2191, 15. 2194, 14*). CIC. Planc. 31 commendatione naturae. CATVLL. 64, 157 reddis pro -i praemia vita (VERG. Aen. 6, 428 SYMPH. 316 *cf. p. 2190, 68 sqq. 2191, 29. 2194, 11*). LVCR. 5, 989 lumina vitae (CARM. epigr. 80, 2. *alio sensu*: VAL. FL. 4, 448 amissas aut flere domos aut -ia ... lumina. *cf. p. 2191, 7 sq. et l. 12*). VERG. georg. 3, 495 animas (Aen. 3, 140 [*cf. Hom. Il. 10, 495 μελιηδέα θυμόν*]. CARM. epigr. 1917 (INSCR. christ. Diehl 1983), 2 *martyres* -es animas solve⟨runt⟩. *cf.* GLOSS. IV 508, 22 -es animas: ducem (*cf. p. 2187, 54 sqq.*) spiritum. *v. etiam p. 2195, 46 sqq.*). Ov. trist. 5, 7, 3 salute (*cf. p. 2190, 66 et l. 8*). VAL. FL. 1, 334 dextra. 4, 632 soles. MART. 7, 84, 5 dona. CORP. III 15166 memori(ae) (XII 39. 3882). *acced. dat.*: CIC. Balb. 11 cui patriae salus -ior ... fuit. CIC. epist. 10, 26, 3 ulla tibi est praetura ... -ior? CATVLL. 64, 210 -ia nec maesto sustollens signa parenti. 68, 61 -e viatori ... levamen. LVCAN. 4, 532 fieret captis si -ior ipsa mortis vita mora (AVG. civ. 19, 8 p. 368, 13 D. *cf. p. 2190, 68 sqq. 2191, 29. 2193, 83*). STAT. silv. 3, 5, 100 nautis lumina (*cf. p. 2191, 7 sq. et 2193, 84*). CLAVD. 3, 275 trepidae sidus ceu -e carinae. rapt. Pros. 3, 101 Proserpina nomen -e tibi (*cf. p. 2191, 15. 2193, 77 sqq.*). *β speciatim: de locis*: CIC. Catil. 4, 16 commune patriae solum cum sit carum tum vero -e atque iucundum (Ov. trist. 3, 8, 8 STAT. Theb. 12, 258). CIC. leg. 2, 5 *patria* (HOMER. 163 CORP. III 6888. 6890). LVCR. 5, 1367 agelli. VERG. ecl. 1, 3 arva. georg. 4, 563 Parthenope. Aen. 4, 281 terras (SIL. 3, 536). Aen. 10, 781 Argos (STAT. Theb. 2, 743). DIRAE 89 rura (MART. 9, 97, 7. *cf. p. 2192, 70*). VAL. FL. 3, 658 Calydona. STAT. Theb. 4, 92 Thebas (11, 699). 7, 143 tellus. 11, 187 Mycenae. Ach. 2, 56 Pelion. silv. 4, 7, 13 Latio. *adde*: VERG. Aen. 4, 342 urbem Troianam ... -esque meorum reliquias colerem. *acced. dat.*: CIC. epist. 4, 9, 3 nec locus tibi ullus -ior esse debet patria. ANTH. 474, 1 o litus vita mihi -ius (*cf. p. 2192, 71*). *de aedificiis, sim.*: VERG. georg. 2, 511 limina. HOR. carm. 4, 5, 12 domo (SIL. 11, 591 *cf. p. 2195, 55*). SIL. 11, 467 nidi (*cf. p. 2192, 74 et infra l. 30*).

c *de animantibus* (*de deis*: SIL. 2, 141 penates [3, 428. 6, 67. 17, 216]. STAT. Theb. 8, 223 superos. MART. 9, 1, 7 divae -e Iuliae numen. *de bestiis*: VERG. georg. 1, 414 nidos [Aen. 5, 214 *cf. p. 2192, 74 et l 27*]. georg. 3, 178 in ... natos. HOR. carm. 3, 23, 7 alumni [*cf. l. 54 sqq.*]. VAL. MAX. 7, 6 ext. 3 pignora [*cf. p. 2195, 53*]. STAT. silv. 4, 5, 18 nec vacca -i mugit adultero. *c. dat.*: VAL. FL. 7, 124 mensae -is erili ... canis). *ceterum de hominibus* (*saepissime in titulis sepulcralibus, plerumque superlativo, qui usus de genere feminino praevalere videtur; de exemplis christianis cf. Diehl, Inscr. lat. christ. vol. III p. 518 sq., v. etiam Onom. s. v.* Dulcis, Dulcissimus): CIC. Lael. 90 *amici* (HOR. sat. 1, 3, 69. 139 LYGD. 6, 9 AVG. conf. 8, 6, 13 *vide etiam l. 65 et p. 2195, 26 sq. cf.* CATVLL. 30, 2 amiculi). CIC. fil. Cic. epist. 16, 21 tit. Tironi suo. CATVLL. 45, 11 pueri (*cf. p. 2195, 28*). 66, 33 pro -i coniuge (*gen. masc.*: CORP. III 6594a. VI 13066. XI 6417. XIV 2168 *al.*, *fem.*: VI 10671. 14194. 15195. 25463. 33892. 35868. XIII 8267a INSCR. Not. d. scavi 1921 p. 271. 1927 p. 408 n. 82 *al.*, *cf. p. 2195, 25 et 39*). CATVLL. 67, 1 o -i iucunda viro, iucunda parenti (PASS. Theclae D 10 p. 133, 25). LVCR. 3, 895 nati (4, 1234 VERG. georg. 2, 523. Aen. 2, 138 [duplicis *P*[1], *quod a quibusdam legi adnotat* SERV. auct. *ad l.*]. 4, 33 LVCAN. 9, 231 VAL. FL. 4, 89 SIL. 13, 880 IVVENC. 2, 338 CARM. epigr. 682, 1 [*a. 403*]. 1363, 5 [*a. 503*] *vide supra l. 31. cf.* HOR. sat. 2, 3, 199 natam [CORP. III 9610 *cf. p. 2195, 34*]. *adde* LVCR. 4, 1253 partu [MANIL. 4, 270]. HOR. epod. 2, 40 liberos [VAL. MAX. 5, 5 praef. RVFIN. hist. 3, 6, 5 *gr.* φιλτάτων. PETR. CHRYS. serm. 92 p. 460[B]]. ARNOB. nat. 1, 2 p. 5, 5 -issimas ... liberorum stirpes). VERG. Aen. 1, 659 pro -i Ascanio. catal. 4, 4 DIRAE 89 HOR. carm. 1, 36, 7. epist. 1, 4, 5 alumno (*v. vol. I 1794, 5 sq.* INSCR. Not. d. scavi 1915 p. 50 n. 55. 1924 p. 49 *cf. supra l. 31.* INSCR. Nuovo bull. crist. 1902 p. 131 alumnae. Not. d. scavi 1915 p. 37a *et* b). Ov. trist. 3, 7, 3 matre (CVRT. 5, 2, 22 CORP. II 1018. 1311. VIII 3351. INSCR. Not. d. scavi 1919 p. 318 n. 56 *Romae II. saec. p. Chr. ex.* 1920 p. 287 n. 2 *Romae.* 1924 p. 345 *Veletris a. 385. al. cf. p. 2195, 13 et 36*). MANIL. 4, 584 soror (CORP. VI 35704. INSCR. Not. d. scavi 1915 p. 49 n. 44 *Romae.* 1927 p. 333 n. 9 *Puteolis. al.*). VAL. FL. 3, 724 *frater.* STAT. silv. 4, 5, 34 *de infante* (*cf. Vollm. ad l.*). 5, 1, 175 marito (CORP. II 3638. VIII 22960). Ach. 1, 896 Chirone *magistro* (*cf. l. 68. p. 2195, 29 et 41*). MART. 7, 95, 9 tu -ior (*sc. uxore et filia*). 10, 13 (20), 6 quo non ... alter ... -ior *amicus.* IVV. 5, 139 filia (PAVL. dig. 34, 2, 32, 4 MOD. dig. 31, 34, 6 GREG. M. epist. 9, 232 *al.* CORP. VI 12396. 17595. 19431. 20143. VII 588. VIII 7158. 11145. XIV 1055. 1638 *al.*). IVV. 6, 36 heredem. AVR. Fronto p. 231, 16 N. magistrum (*cf. supra l. 63*). VERVS Fronto p. 138, 12 N. nepotem (FRONTO p. 234, 12 N. HIER. epist. 60, 9, 1 MART. CAP. 1, 3 *cf. p. 2195, 33*). SCAEV. dig. 31, 88, 2 filii (EVGEN. p. 769[C] dilectissimis et in Christi amore -issimis filiis. CORP. III 7975. 8914. VI 33227. 35702. VIII 22878. XI 6168 *al. cf. p. 2195, 11 et 32 sq.*). SCAEV. dig. 32, 41, 14 infanti (CORP. II 541. X 3300. XIII 7122. 7825 INSCR. Not. d. scavi 1914 p. 171. 1919 p. 308 n. 39 *Romae* INSCR. christ. Diehl 1523 4510[a] *al.*). PAPIN. dig. 31, 77, 20 fratribus (VITAL. CONST. epist. 1 p. 847[D]. CORP. XIV suppl. Ost. 5163 INSCR. Not. d. scavi 1923 p. 409. INSCR. christ. Kraus I 108 *al. cf. p. 2195, 23*). COMM. apol. 1035 parvulo. AVG. serm. 179, 7, 7 caritati vestrae. VEN. FORT. carm. 7, 4, 27. CORP. II 5075 uxor(i) (XI 6146 *al.*). VI 14094 domino. 17051 vernae (XIV 202. *cf.* INSCR. Not. d. scavi 1927 p. 422 n. 142 vernacle). 19189 conservae. 36111 collibertae (VIII 24713. INSCR. Not. d. scavi 1908 p. 269 liberto). IX 2005 homo. XI 6078 nonleba(m) esse acerbis (*i. acerba*) at inferos, quae at superos dulcís fui. INSCR. christ. Diehl 353 matrune. CORP. XIV 1113 patri (INSCR. Not. d. scavi 1917 p. 291

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

n. 7 *Romae.* INSCR. christ. Diehl 4698 *Romae a. 359*). 1606 patron[e]. INSCR. Nuovo bull. crist. 1902 p. 130 patrono. CORP. XIV suppl. Ost. 5116 parenti (*cf.* INSCR. Schober, die röm. Grabsteine von Nor. u. Pann. 103 [*saec. II. med.*] parentibus). INSCR. Not. d. scavi 1915 p. 46 n. 28 (*Romae*) condiscipulae. INSCR. Afr. Trip. Tun. Mar. 589 sponsae. CARM. epigr. 1292, 1 (= CORP. VI 29642) -is aput manes ... moraris. *inde abusive*: CORP. XIV 773 parenti optimo fecit Carnilia Hilarae -issima. *cf.* X 2070. 2752. *acced. dat.* (*cf. infra l. 76 sqq.*): CORP. I² 1283 (= CARM. epigr. 210, 2) qui fuit -is sueis (IX 2825 [= CARM. epigr. 75, 1]. INSCR. Not. d. scavi 1922 p. 421 n. 80 [*Romae*]). CIC. epist. 14, 7, 1 *Tulliola* nobis nostra vita -ior est. ad Q. fr. 1, 3, 3 filium venustissimum mihique -issimum. POLLIO or. frg. Quint. inst. 9, 2, 34 mater mea, quae mihi cum carissima, tum -issima fuit. FRONTO p. 85, 21 N. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 34 carius illi erit scortum et -ius honestate. CORP. II 1743. 4359. INSCR. christ. Diehl 1209 (*a. 424*). 4828. CARM. epigr. 2011, 2 ⟨dul⟩cior (*comp. pro positivo cf. infra l. 17*) semper amicis INSCR. christ. Diehl 4738 -ior (*cf. supra l. 16*) parentibus et fratribus. *acced. abl.*: INSCR. christ. Diehl 1718 (*a. 452*) Glyceria ... mente fidelis, animā -is rectaque vita. 2919 (= CARM. epigr. 772) verbis -issima cunctis. 4756, 2 (*de infantula*) lingua, manu numquam -ior ulla fuit.

speciatim in allocutione: CIC. leg. 3, 25 optime et -issime frater. Att. 6, 2, 9 -issime Attice. CIC. fil. Cic. epist. 16, 21, 2 mi -issime Tiro CATVLL. 32, 1 mea -is Ipsitilla. VERG. catal. 7, 1 Vari -issime. georg. 4, 465 -is coniunx (Aen. 2, 777 AVSON. 357, 10). HOR. carm. 1, 26, 9 Piplei -is. epist. 1, 7, 12 -is amice (OV. Pont. 1, 8, 31 PERS. 5, 23 AVSON. 394, 2 HIER. epist. 3, 4, 3). TIB. 1, 6, 63 anus. STAT. silv. 1, 2, 33 vates. 3 praef. 1. MART. 9, 36, 7 puer o -issime. AVR. Fronto p. 29, 2 N. magister -issime (*et saepe*). p. 61, 16 mi Fronto carissime et supra omnis res -issime. FRONTO p. 80, 3 N. domine (*et saepe*. PAPYR. Arch. f. Papyrusforsch. III 1904 p. 168 *saec. IV. cf. infra l. 40*). APVL. met. 5, 5 Psyche (5, 12). 7, 12. AVSON. 321, 4 fili (321, 6. 391, 1 HEGES. 5, 40, 2 p. 383, 23 Vind. 384, 1). 323, 28 nepos. HIST. Apoll. rec. A 18 filia. rec. B 15 nata (*et saepe*). ACT. Petr. 10. CARM. epigr. 1821, 1 (= CORP. XI 4154) ⟨d⟩ulcis nimis prole⟨s⟩. CORP. X 2752 -is vale mater (INSCR. Not. d. scavi 1919 p. 41 a 5 [*Romae*] -issima mater). XIII 10025, 199 amica. INSCR. Dessau 9442 -issima infas. *acced. dat.*: LVCAN. 5, 739 non nunc vita mihi -ior ..., laeto sed tempore, coniunx. MART. 5, 37, 1 puella senibus -ior mihi cycnis. FRONTO p. 42, 20 N. domine ... mihi -issime. p. 95, 3 Antonine meo cordi -issime. VERVS Fronto p. 116, 5 N. magister Vero tuo -issime.

pro homine ponuntur corporis partes, anima aliaque substantiva (*accedit abl. l. 60*): VERG. Aen. 4, 493 caput (PROP. 4, 11, 55). VAL. FL. 7, 340 -es fratris ... malas. MART. 6, 68, 4 latus (*i. comes*). CARM. epigr. 656, 4 (*saec. III. ex.*) membra (*cf. l. 52*). STAT. Theb. 1, 632 animae (AVR. Fronto p. 30, 10 N. [*in allocutione, item* p. 45, 8 APVL. met. 5, 6 CORP. IV 4783. V 6698. VI 10083 INSCR. Dessau 9440 *al.*]. CORP. VI 33911. VIII 23012. XII 1271. 2242 *et saepe. cf. p. 2194, 2 sqq. Diehl, ind. l. c.* CORP. IV 4239 animula [XIII 3558]). CATVLL. 46, 9 o -es comitum valete coetus. 68, 106 coniugium. CIRIS 246 decus (*v. vol. V 243, 32. 34. 244, 2 cf. p. 2192, 66*). OV. met. 6, 500 lenimen ... senectae (HOR. carm. 1, 32, 15). trist. 1, 3, 64 membra domus (4, 10, 48 convictus. *cf. l. 45*). SEN. Tro. 766 o -e pignus (STAT. Theb. 4, 563 PAVL. NOL. carm. 31, 11 *cf. p. 2194, 32*). SIL. 8, 346 -em ... Assaraci de gente domum (*cf. p. 2194, 26*). STAT. silv. 2, 1, 71 curae (MART. 8, 77, 1). MART. 8, 82, 5 gloria (*cf. p. 2190, 83 et infra l. 62*). ANTH. 405, 7 fides. CANDID. gen. div. 1 o mi -is senectus Victorine. GREG. M. epist. 3, 62 p. 222, 13 beatitudinis (p. 223, 22. 10, 14). 3, 63 caritas. *al.* 7, 27 p. 474, 5 magnitudo. 8, 33 meus. PASS. Mar. Iac. 9 -em promptissima confessione comitatum. CORP. II 2293 solacium. *acced. dat.*: STAT. Theb. 5, 608 o mihi desertae natorum -is imago (silv. 1, 2, 112). silv. 1, 2, 261 -is ... solo tu gloria nostro. GREG. M. epist. 9, 147 p. 145, 2 -issima mihi tua dilectio. 9, 154 -issima mihi vestra excellentia.

3 *i. q. comis, indulgens, libens* (*acced. abl. l. 66. cf.* CHAR. gramm. p. 418, 4 B. comis: facilis, suavis, acceptus, -is): CIC. Att. 5, 11, 5 fiet aliquid a nobis severius; nam adhuc lenitate -es sumus. SEN. dial. 5, 8, 5 proderunt summissi et humani et -es, non tamen usque in adulationem. SIL. 15, 455 ille foro auditus -i. STAT. silv. 2, 7, 58 -bus theatris (*cf. Vollm. ad l.*). *de deo Iudaeo et Christiano*: ITALA psalm. 33, 9 (Cypr. testim. 1, 22) -is est dominus (*W L B v, item* Firm. err. 18, 5 *et* Aug. civ. 21, 24 p. 534, 27 D.; VVLG. suavis [*item Cypriani A M*] LXX χρηστός. HIER. in Soph. 3, 1 sqq. p. 716 -em dominum atque clementem vertens in amaritudinem. VVLG. psalm. 24, 8 I Petr. 2, 3). PETR. CHRYS. serm. 6 p. 204ᴬ *deus* -is in gremio, mitis in habitu. CASSIOD. in psalm. 30, 23 -is est *deus*, cum corrigit, -is, dum parcit, -is, cum *eqs.* *acced. dat.* (*cf. supra l. 8 sqq.*): COM. pall. inc. 49 me⟨d⟩ esse acerbum sibi, ut⟨i⟩ sim -is mihi. HOR. sat. 1, 4, 135 sic -is amicis (ἀπὸ κοινοῦ) occurram (PERS. 5, 109 (CARM. epigr. 1261, 2 *cf.* CORP XI 5325). SEN. nat. 4 praef. 11 nemo ... uni tam -is est quam hic omnibus.

B *pro substantivo*: **1** *mascul.* (*fem.*): INSCR. christ. Diehl 78ᵃ = CARM. epigr. 666, 2; *a. 375*) Constanti coniux, parvorum mater, Honoria, -bus eximie carissima. HIER. in Eph. 4, 31 p. 636 amaritudo contraria est dulcedini: unde amari vulgo appellantur et -es. SVLP. SEV. dial. 2, 1, 4 Aurelius presbyter, -issimus meus, ... occurrit. CORP. X 2070 Antipatra, -is tua. XIII 10024, 62 (*in anulo*) -is mei. *speciatim in allocutione*: HOR. sat. 1, 9, 4 -issime rerum. PACIAN. bapt. 1 paraen. 9 *cf. Morin, Rev. Bénéd. 29 (1912), 85—87.* HEGES. 5, 40, 1 p. 382, 19 Vind. -is meus. SALV. epist. 1, 4. 8, 2 ENNOD. epist. 5, 2, 4 p. 125, 17. opusc. 6, 18 p. 408, 12 CORP. XIII 10018, 86 (*in ampulla*) fero vinum tibi, -is. 10024, 37 (*in anulo*) accipe, -is, multis annis. *item in anulis*: 49 ave, -is. 63 -is, vivas (64. 10027, 157 *in fibula*). 127 (*in gemma*) -is, amo te.

2 *neutr.*: **a** *loco substantivi*: PLAVT. Cist. 70 *Amor* gustui dat -e, amarum ad satietatem usque oggerit. Pseud. 63 -e amarumque una nunc misces (MART. 12, 34, 3 -ia mixta sunt amaris. *syn.* iucunda). Truc. 346 scio, -e atque amarum quid sit ex pecunia. Q. CIC. Cic. epist. 16, 26, 2 valde ... et vera et -ia tuis epistulis nuntiantur. PVBLIL. D 22 -e etiam fugias, fieri quod amarum potest. HOR. epist. 1, 11, 23 grata sume manu neu -ia differ in annum. ars 343 miscuit utile -i (*v.* PORPH. *ad l.*). OV. ars 3, 583 -ia non ferimus. SEN. dial. 5, 35, 3 ut *aures* non modulata ... et mollia et ex -i tracta compositaque accipiant. PERS. 5, 151 carpamus -ia. SIL. 13, 664 *virtus* -e ... venit ad manes. STAT. silv. 2, 3, 67 medius per honesta et -ia limes. PORPH. Hor. carm. 4, 2, 27 scribere ... subtilia et -ia. AVR. VICT. Caes. 5, 10 peccandi consuetudo nova et eo -iora affectans. AVSON. 404, 3 ne sit tristis et -i carens amara concinnatio. HIER. tract. in psalm. I p. 210, 16 adv. Rufin. 1, 31 epist. 31, 2, 2 GREG. M. moral. 15, 13. ORIG. in I reg. 1, 1 p. 2, 18 B. -ia semper et lenia *loqui* (*opp.* amarum aut triste). *c. gen.*: PS. RVFIN. in Am. 9, 11/12 nec solum libertatis -ia, sed etiam ultionis attribuam. PRVD. psych. 429 nimiis pro -bus aevi. VEN. FORT. carm. 2, 16, 20 -ia carnis alens mortis amara parat. MAXIM. eleg. 2, 7 -ia vitae. *c. dat.*: VERG. ecl. 3, 82 -e satis umor, depulsis arbutus haedis (*opp.* triste). SEN. Tro. 1009 -e maerenti populus dolentum. LVCAN. 9, 403 serpens, sitis, ardor harenae -ia virtuti. *additur adi., pronom., sim.*: PLAVT. Pseud. 694 -ia atque amara apud te sum elocutus omnia (CIC. carm. frg. 16 [2ᴹᵒʳ·], 4 omnia -ia dicens [miscens *Ritschl*]. FRONTO p. 185, 13 N.). CIC. p. red. ad Quir. 2 quid -ius hominum generi ... datum est quam sui cuique liberi? Att. 5, 1, 3 nihil potuit ... -ius (OV. trist. 5, 1, 4 STAT. Theb. 3, 632. silv. 3, 4, 39. 5, 3, 14 FRONTO p. 95, 4 N.). DIRAE 24 -ia non oculis, non auribus ulla ferantur. SEN. epist. 46, 2 interveniebat -e illud et loco lene (109, 16). 99, 16 inest quiddam -e tristitiae (COLVM. 12, 2, 4 GREG. M. moral. 15, 13). SEN. epist. 115, 14 (*Eur. frg. 324 N²*) tam -e si quid Veneris in vultu micat (STAT. Theb. 11, 369 MART. 10, 45, 1 HIER. epist. 52, 3, 5 cygneum nescio quid et solito -ius vicina morte cecinerunt (*ad b relatum vol. III 269, 69*). PLIN. epist. 2, 19, 6 quem non potius -ia haec et sonantia quam austera et pressa delectent (3, 18, 10 *syn.* blanda). 3, 1, 8 audit legentem remissius aliquid et -ius (TERT. pudic. 6 p. 230, 5 AVG. serm. 270, 7). CAPITOL. Gord. 5, 3 neque gratius mihi quicquam ... neque -ius potuistis efficere. ENNOD. epist. 2, 25, 2 p. 67, 14 quicquid in ... vita habeo -e. *nota de hominibus*: ENNOD. epist. 1, 18, 5 p. 30, 10 tu, -e meum, bene coepta persequere. (5, 16, 3 p. 138, 24 -e meum Senarium ... restitutum CARM. epigr. 1208, 5 -e meum Salvium [*'ubi Buecheler non recte: i. e.* -em meum'] *cf.* SERV. auct. Aen. 4, 318 amantes amores suos -ia sua dicunt *eqs.*). carm. 2, 145, 2 libri, quos tibi, -e, darem.

b *loco adverbii*: CATVLL. 51, 5 -e ridentem (*Sappho frg. 2, 5* γελαίσας ἰμερόεν. 61, 219 OV. epist. 15, 83 HOR. carm. 1, 22, 23 [*cf.* PORPH. *ad l.*] SIL. 11, 390 arridens. APVL. met. 10, 32 subridens). COPA 9 garrit. HOR. carm. 1, 22, 24 loquentem (epist. 1, 7, 27 CALP. ecl. 7, 20 NEMES. ecl. 2, 83). epist. 2, 2, 9 canet indoctum, sed -e bibenti (OV. am. 2, 4, 25 STAT. silv. 5, 5, 55 caneret quod ... Orpheus -e sibi. HIER. in Gal. lib. 3 praef. CARM. epigr. 468, 3 *cf.* APVL. met. 6, 6 cantitant. *dubium, utrum huc spectent an ad compar. adv.* dulciter: PROP. 1, 2, 14 volucres nulla -ius arte canunt. MART. 3, 93, 9 Atrianus -ius culex cantet. HIER. epist. 43, 3, 2 psalmi -ius decantabuntur). GERM. 614 sonans (CALP. ecl. 4, 150. 160 SIL. 13, 347 NEMES. ecl. 1, 82 VEN. FORT. carm. 2, 9, 58. 7, 4, 11 [dulcisonans *AG²*]. *dubites de* TIB. 1, 3, 60 *v. vol. III 471, 50. superl.*: CALP. ecl. 4, 61 nostro ... sonat -issima Fauno. *cf.* CALP. ecl. 4, 9 -e ... resonas (SIDON. epist. 1, 5, 4]). OV. am. 3, 1, 4 queruntur (epist. 17, 82 SAPPHO 152 EVG. TOLET. carm. 34, 2). STAT. Theb. 4, 274 rubens (silv. 2, 1, 133 NEMES. ecl. 2, 45. 48). Theb. 9, 701 -e comae radiisque trementes -e nitent visus (silv. 3, 4, 8). silv. 1, 2, 63 profatur. 2, 7, 37 vagientem *infantem* (*cf. Vollm. ad l. et ad 4, 5, 34*). 232 caperes (*cf. Vollm. ad l.; frustra improbavit C. F. W. Müller, Synt. d. Nom. u. Akk. p. 87*). MART. 12, 21, 3 tam rarum, tam -e sapis. APVL. met. 5, 1 conquievit (CARM. epigr. 1191, 9 = CORP. XII 5811 ossa ... -e quiesc⟨ant⟩). TER. MAVR. 2129 -e tibi pinus summurmurat ... et tu quoque -ia pangis (*cf. Theocr. 1, 1* ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα ... ἁδὺ δὲ καὶ τὺ συρίσδες). ANTH. 452, 6 fremit. PRVD. perist. 10, 365 delectat. CLAVD. carm. min. 25, 41 micant. SIDON. carm. 22, 33 natant. VEN. FORT. carm. 7, 12, 74 fovet. [*non huc pertinent*: STAT. silv. 5, 3, 99 (*cf. C. F. W. Müller, Synt. d. Nom. u. Akk. p. 87*). INSCR. christ. Diehl 3431, 9 iustum, dulce(m), pium (*cf. C. F. W. Müller l. c.*)]

adverbia adiectivo addita: languide: PLIN. nat. 13, 34. magis:

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT. Pers. 764 STAT. Theb. 8, 38 QVINT. inst. 12, 10, 44. MACR. Sat. 7, 12. 38 male: AVG. in psalm. 43, 2. nimis: SEN. epist. 114, 16 COLVM. 5, 10, 12 arb. 22, 1 CARM. epigr. 1429, 10 1821, 1. parum: SEN. epist. 96, 3 GRAMM. suppl. p. 233, 21. plane: AVG. serm. 153, 8, 10. plus: SIDON. epist. 8, 11, 8. salubriter: AVG. in psalm. 43, 2. tam: *ex. gr.* SEN. nat. 4 praef. 11. epist. 115, 14 STAT. silv. 3, 4, 39 MART. 12, 21, 3. valde: CIC. de orat. 3, 99 Q.CIC. Cic. epist. 16, 26, 2.

syn. et iuxta posita: ad I: melleus (PLIN. nat. 36, 140). mellitus (APVL. met. 8, 22). suavis. *ad II A 1*: amicus (AVG. civ. 18, 32 p. 303, 25 D.). amoenus (HOR. epist. 1, 16, 15). blandus (SEN. epist. 63, 7 HIER. epist. 52, 5, 7). clarus (CIC. orat. 57). decorus (HOR. carm. 3, 2, 13). facilis (SEN. epist. 108, 22). gratus. iucundus. mitis (TAC. dial. 18). prosper (FILASTR. 123, 4). salutaris (SEN. epist. 50, 9 ARNOB. nat. 2, 55). sollemnis (HOR. epist. 2, 1, 103). suavis. *ad II A 2*: mitis (AVG. conf. 8, 6, 13). *in inscriptionibus ex. gr.*: amantissimus. desideratissimus. mellitus (INSCR. christ. Diehl 96ᵃ. 246ᵃᵈⁿ. 4510ᴬ) *alia multa*. *ad II A 3*: clemens. humanus. mitis. summissus. *ad II B 2*: amicus (COLVM. 12, 2, 4). blandus (GREG. M. moral. 15, 13). gratus. iucundus. lenis (MART. 10, 45, 1 *v. p. 2196, 25*).

opp.: *ad I*: acer (PLIN. epist. 7, 3, 5). acidus (COLVM. 11, 2, 68). acutus (PLIN. epist. 7, 3, 5). amarus. asper (SEN. nat. 3, 2, 1). austerus (CELS. 1, 6 *v. p. 2189, 28*). immitis (PLIN. nat. 13, 26). marinus (CATO agr. 106, 1. 112, 1 VARRO rust. 3, 3, 4 CIC. nat. deor. 3, 37 *al.*). salsus (VARRO rust. 3, 3, 2. 3, 17, 2 LVCR. 6, 894 *al.*). suavis (MACR. Sat. 7, 7, 15). *ad II A 1*: acerbus. amarus. austerus (CIC. de orat. 3, 103). barbarus (CIC. orat. 157). durus (SEN. Herc. f. 657). levis (SEN. contr. 1, 1, 25). tristis (MANIL. 4, 527 STAT. silv. 2, 6, 15). utilis (SEN. dial. 4, 33, 1). *ad II A 2*: acerbus. *ad II A 3*: acerbus. severus. *ad II B 2*: amarus. austerus. durus. tristis.

deriv.: dulcedo. dulcitas. dulcitudo. dulcium. dulcescere. dulcare (dulcor). dulciculus. dulcidus.

comp.: dulcacidus. dulcifer, -fluus, -loquus, -modus, -nervis, -sonus (-sonans, -sonorus), -vocus. dulcificare. per-, prae-, subdulcis.

adv.: **dulciter**: PS. ASPER gramm. suppl. 54, 9 *exeunt adverbia* in r, ut breviter, ... -r, admirabiliter. 54, 27 a dulci (*dat.*) -r. *legitur inde a* CIC., *compar. inde a* PROP. 1, 2, 14, *superl. inde a* CIC. Brut.

A *proprie de genere saporis* (*sed in imagine*): AVG. serm. 354, 2, 3 *mundus* malevolae ... animae quasi -r sapit.

B *translate*: **1** *i. q. iucunde, suaviter*: **a** *verbis additum*: CIC. Brut. 77 historia ... scripta -issime. fin. 2, 18 sensus -r ac iucunde movetur. SEN. contr. 2, 1, 26 multa facunde explicuit, corruptius quam Fabianus, sed -ius. CARM. epigr. 1028, 4 (= CORP. VI 8703. *s. I. in.*) *annos* exegi -r. 1082, 2 (= CORP. III 4483. *s. I. ex.*) vixi ... -r ad superos (CORP. VI 10105. 20826. 25678. XIV 1641). SIL. 5, 463 -ius ... pulsabat pectine nervos. QVINT. inst. 1, 10, 24 iucunda -r ... canit (PORPH. Hor. serm. 1, 2, 1 cantabat *cf. p. 2196, 62 sqq.*). inst. 4, 2, 62 dicere (9, 4, 14. 12, 10, 71 FIRM. math. 8, 28, 6). 12, 10, 27 *litterae* -ius spirant. PLIN. epist. 4, 27, 1 multa -r *recitavit*. AVR. Fronto p. 60, 22 N. -issime ostendisti. APVL. met. 10, 32 consonant. MIN. FEL. 29, 5 cum et praeclaro viro honor verius et optimo amor -ius praebeatur. CYPR. epist. 37, 1 p. 576, 7 cum ... -r ac saepe loqueretur. FIRM. math. 6, 30, 9 modos -r flectere. DON. Ter. Eun. 463 -r additum 'hodie' *eqs.* AVSON. 406, 8 -ius circumloquar. 409, 22 modulate et -r ... enuntiasti. 419, 19. AVG. serm. 311, 4, 4 numquid ideo non caperis, quia -r caperis? virg. 27, 27 laudate dominum -ius, quem cogitatis uberius. trin. 15, 2, 2 *deus* quaeritur, ut inveniatur -ius (in psalm. 103 serm. 2, 1). serm. 61, 5, 6 diu desiderata -ius obtinentur. PS. AVG. serm. ed. Mai 57, 1 aquae ... -r requiescunt (CARM. epigr. 1247, 1 = CORP. VI 7193ᵃ requiescunt -r ossa). GREG. M. moral. 18, 15 vocat (*opp.* terribiliter). PALLAD. hist. mon. I 24 p. 305ᴰ vehementer ... ac -r diligebant (σφόδρα ἡδοῦντο). CARM. epigr. 189 te bibo (*i. vivo*) fac dulci⟨ter⟩. 1552 A, 60 (= CORP. VIII 212) ⟨ads⟩idue patrias hinc cernere -r arces. 1552 B, 9 (= CORP. VIII 213) currentes -r undas. **b** *adiectivis additum*: PAVL. NOL. epist. 23, 16 -r potens, qui liberavit pauperem ab amaro potente. AVG. c. Faust. 13, 17 nomen ... -r clarum. CASSIOD. var. 9, 6, 5 sudores .. -r anhelos. VEN. FORT. carm. 10, 17, 7 -r ista tui (*Christi*) pia sunt commercia regni. **2** *fere i. q. cum voluptate ex gustu dulcedinis orta*: APVL. met. 2, 16 *in poculo* relictum p⟨a⟩ullulatim labellis minuens ... sorbilla⟨t⟩ -r. EVAGR. altere. p. 51, 5 manducatis (*cf. Stangl, Berl. ph. Wschr. 35, 1915, 798 adn. 9*). *metonymice*: AVG. gen. ad litt. 1, 20 *libros* quos -r haurire deberent. **3** *fere i. q. libenter*: CARM. epigr. 1553, 5 (= CORP. II 5186. *s. I/II.*) qu⟨a⟩e (*ad quietem spectantia*) tibi -ius precabor. AVG. lib. arb. 2, 16, 43 obscuritati suae -r inhaerent. CASSIOD. inst. div. praef. 1108ᴬ -ius ... suscipitur. VEN. FORT. vita Hil. 6, 20 -r excipiens.

dulcīsco v. dulcesco.

dulcisonāns, -tis *a* dulce *et* sonare. *cf. c.* dulcisonus *et c.* altisonans. CARM. epigr. Not. d. scavi 1931 p. 321 (*de tibicine*) solus dulci sonans, fecit quem tibia magnum. *cf. p. 2196, 66.*

dulcisonōrus, -a, -um [*cf. c.* dulcisonus *et c.* sonorus *Th.*] SERV. gramm. IV 467, 17 (*in versu ficto*) rem ... -am.

dulcisonus, -a, -um [*a* dulce sonare. *Th.*] **1** *de animantibus*: SERV. gramm. IV 463, 12 Pierides. CYPR. GALL. iud. 244 chori. ARATOR ad Parth. 14 virum. **2** *de rebus*: *de musicae vocisque instrumentis*: SCHOL. Hor. carm. 4, 3, 17 lyrae. MART. CAP. 9, 908 v. 17 fidibus. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 572 linguis. CASSIOD. in psalm. praef. 11ᴬ organum. *de voce, cantu, sim.*: ANTH. 106, 2 strepitu. OPT. PORF. carm. 27, 4 modulamine. FIRM. math. 8, 25, 2 vocibus (dulcibus vocis sonis *altera codd. classis*. CASSIOD. var. 2, 40, 10 vocis *Sirenum*). MART. CAP. 9, 888 v. 18 tonis. VAL. CEM. hom. 5, 5 cantus (6, 5. 10, 5). SIDON. carm. 6, 5 murmur. *de carmine sim.*: TER. MAVR. 2644 (*in versu ficto*) carmen (*cf.* 2647. 2653. 2654 PROSP. Anth. 493ᵃ, 2 PS. AVG. serm. 120, 5. 194, 2. 208, 5). CASSIOD. anim. praef. p. 1280ᴰ melos (in psalm. 80, 3).

dulcitās, -ātis *f. a* dulcis. NON. p. 96, 27 -as, dulcitudo pro dulcedo (GLOSS. dulcido). **1** *proprie*: APVL. mund. 36 -as fici (*cf. Ps. Aristot. π. κόσμ. 6 p. 401ᵃ, 1 συκαῖ ... γλυκεραί*). **2** *translate*: CAECIL. com. 217 (Non. *l. c.*) tanta (*F³*, tantam *LBᴬ*, tantan *Mercier*) hinc (huic *codd.*) invasit in cor Davi (*Mercier*, dandi *Buecheler*, corda in *codd.*) -as? ACC. trag. 640 (Non. *l. c.*) -as conspirantum (*Bothe*, conspiratum *Bᴬ*, conspiritum *L*, cum spirat *Buecheler*) animarum (*Bothe*, animae *codd.*).

dulcitūdo, -inis *f. a* dulcis. GRAMM. suppl. 111, 12 alia *substantiva* a dativo ... veniunt, ut similis, similis, simili, similitudo, sic -o. *gen.* -ni: INSCR. christ. Diehl 4337. *plur.*: *l. 28.* DIFF. ed. Beck p. 53, 39 *v. p. 2182, 65 sqq.* GLOSS. γλυκύτης. V 542, 23 illecebrae -o vel illicita delectatio. **1** *proprie*: CIC. de orat. 3, 99 *gustatus* -e praeter ceteros sensus commovetur. PSALT. Cas. 140, 4 numquam gustabo in -bus eorum (VVLG. *et* LXX *aliter*) SPART. Pesc. 7, 7 tanta *Nili* -o, ut *eqs.* **2** *translate*: **a** *i. q. iucunditas, suavitas*: **α** *de rebus* (*v. etiam p. 2184, 70*): CIC. de orat. 3, 161 murmur maris et -o (dulcedo *al.*) orationis sunt ducta a ... sensibus. VLP. dig. 42, 8, 10, 10 usurarum. AVG. conf. 9, 6, 14 nec satiabar ... -e (-itudini *W*, -edine *al.*) mirabili considerare altitudinem consilii tui. ENNOD. epist. 4, 25, 2 p. 116, 15 novellam amicitiam habere -em (-edinem *al.*). **β** *de hominibus*: CORP. VI 11082 cum qua vixit annis XIII cum magna -e (VI 13017. 37317 incomparabili -e). 28052 ... bimus -em filio⟨rum?⟩. IX 5167 cuius pietatem et -em. INSCR. christ. Diehl 2376ᵃ coiugi dulcissime omnen -em (*acc. pro genetivo positus esse videtur*). 2733 super omnem -e filiorum dulcior. 4355ᵃ puelle ..., queius -o et blandor ... dolore parentibus dedit et sepius lacrimas pro -e obecit (*i. obiecit*). **b** *i. q. comitas*: ALC. AVIT. epist. 73 p. 90, 19 servatis -is (-edinis *S*) morem, immo, ut verius dicatur, augetis. *in allocutione*: GREG. TVR. Franc. 4, 3 (*rex ad uxorem*:) quam *mercedem* me tua -o (-edo *vel* -ido *al.*) expetiit.

dulcium, -iī *n.* [*a* dulcis *vel a plurali* dulcia. *Th.*] *gen.* -i? *v. infra l. 54.* **1** *i. q. edulium dulce, placenta*: GLOSS. πλακοῦντα. ISID. orig. 20, 2, 18 -a sunt genera pistorii operis a sapore dicta. LAMPR. Heliog. 27, 3 *ut* modo de -is modo de lactariis exhiberent. 32, 4 *ut alia die cenam strueret* de -is, alia de opere lactario. SCHOL. Iuv. 3, 188 (fermentum:) -um malum, quod stomachum indigestum praestat. MACR. Sat. 7, 12, 38 cur omne -um magis dulce videtur, cum frigidum est, quam si caleat. *inc.*: APIC. 4, 136 patina versatilis vice dulci (*V, cf. Schuch ad l.*; dulce *E*; dulcis *Humelberg, Vollmer*). *huc pertinere videntur* (*sed v. p. 2190, 20 sqq.*): VOPISC. Tac. 6, 5 quos ad consulatus dandos -a et circuli et quaecumque voluptas puerilis invitet. SCHOL. Iuv. 6, 202 (*ad* 'mustacea') solebant ... post nuptias recedentibus -a erogare pro apophoretis. 6, 631 (*ad* 'adipata') -a, placenta veneno plena. [MART.] 5, 39 lemma: -a. APIC. 7, 300 -a domestica. 301 aliter -a (302. 303. 305). *ceteri loci pertinent ad plur. subst. q. e.* dulce, *v. p. 2190, 20 sqq.* **2** *fere i. q. convivium*: CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 28 p. 160, 22 δούλκιον ἐποίει ὁ κύριος Θεοφύλακτος. *ibid.* οἱ δεσπόται ἀπήλαυον τοῦ δουλκίου.

deriv.: dulciamen. dulciamentum. **dulciarius**. dulciolum.

dulcivocus, -a, -um *a* dulce *et* vocare *cf. c.* dulcisonus: *i. q. dulce canens*: RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 12, 22 -us (ὁ μελῳδός) psalmista.

dulco, -āvī, -ātum, -āre [*a* dulcis. *Th.*]. *i. q. dulce facere*: **1** *proprie*: DIOSC. 2, 92 -ati (*gr. 2, 109* ἀπογλυκανθέντες) lupini. SIDON. carm. 2, 106 exorto flumina melle -atis cunctata vadis. MAX. TAVR. hom. 29 p. 292ᴬ *aqua*, cum amara esset, ... ligno ... -ata est (ALC. AVIT. hom. 20 p. 143, 3 Moysen ... aquas ... asperas ... -asse).

2 *translate*: SIDON. epist. 5, 4, 2 offensae amaritudinem politis affatibus -are (REGVLA Tarnat. 5 qui eiecti fratris amaritudinem ... caritatis possit admixtione -are).

deriv.: dulcator. *comp.*: ad-, con-, e-, in-, obdulco.

dulcor, -ōris *m.* [*a* dulcis, dulcescere. *Th.*]. *plur. p. 2199, 5.* **1** *proprie vel in imagine*: **a** *de qualitate saporis*: *i. q. dulcedo*: FVLG. mund. p. 133, 15 *Adam* lenocinio -is in comestionem pomi ... impellitur. HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 1 p. 433, 19 B. totum -em mellis verto in acerbum saporem. in cant. 2, 6 p. 50, 14 B. est ... aliquid, quod optimi ... saporis sit ..., id est et fames -e delectet. epist. 108, 12, 4 fontem ... legis amarissimum ..., quem ... Heliseus ... in

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-em ... convertit. DIOSC. 5, 55 -e(m) servare (*gr. 5, 33* γλυκύτητα). PS. PROSP. carm. de prov. 411 -em fontis amari. LAVRENT. eleem. p. 110[B]. **b** *metonymice de re dulci*: TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 16 montes ... destillaturos -em (*cf.* VVLG. Ioel 3, 18 dulcedinem). CARM. adv. Marc. 1, 129 *deus creavit* -es, potus varios. VVLG. Sirach 11, 3 initium -is (γλυκασμάτων) habet fructus *apis*. AVG. in psalm. 80, 22 mel sapientia est, primatum -is tenens in escis cordis. DIOSC. 1, 26 cum -e vivitus *i. bibitus* (μετὰ γλυκέος πινόμενος. 1, 75. 76, 2, 46. 3, 5). 1, 28 sale addito et -e (ταριχευθεῖσα ἐν γλυκεῖ). 2, 155. 3, 42). CAEL. AVR. acut. exc. 10 p. 695 cibum accipere debent levem ita, ut omnem -em accipiant (*cf.* CAEL. AVR. acut. 2, 18, 105 dabimus sorbilem cibum ex oleo dulci confectum sive melle). CASS. FEL. 29 p. 50, 20. **2** *translate*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 1 p. 433, 7 B. reservant eloquia dei in eo -e, quo nata sunt. *ibid.* p. 433, 9 B. miscentes dulcedinem vitae -i sermonis (in cant. 2, 6 p. 50, 16 B). [*val.* dulcoare. *M.-L.*].

deriv.: dulcorare. dulcorosus.

dulcōrelocus *v.* dulciorel-.

dulcōro, -āvī, -ātum, -āre [*a* dulcor. *Th.*]. *i. q. dulce facere*: GLOSS.[L] I Ansil. DU 106 -atur (dulcol- *P*) dulcedine repletur (*cf. infra l. 31*). **1** *proprie vel in imagine*: FVLG. Virg. cont. p. 99, 5 melle sapientiae scandali -atus resipiet rancor. aet. mund. p. 173, 24 cordis acerbitas -atur. AMBR. inst. virg. 5, 34 fons Merrha per lignum -atus. HIER. hom. Orig. in Ierem. 8 p. 815 (γλυκάζεται). epist. 22, 9, 2 farina ... amaritudinem -avit (dulcore superavit *al.*). 69, 6, 5 -atis legis gurgitibus. 120 praef. 3 *ut* mare mortuum -arent. in Os. prol. p. 817[B] Mara ... legis, quae interpretatur amaritudo, ligno patibuli -ata est. in Zach. 3, 14 p. 920. PLIN. VAL. 1, 1 aceto -ato. *et saepius.* DIOSC. 1, 26 sapore -ato. VEREC. in cant. 9, 43. **2** *translate*: FVLG. aet. mund. p. 147, 12 regis nata ... venustate pulchritudinis Moiseicae -ata. VVLG. prov. 27, 9 bonis amici consiliis anima -atur (*cf. supra l. 20*).

dulcōrōsus, -a, -um *a* dulcor. *i. q. dulcis*: DIOSC. 5, 29 *ynomeli* valde -u(m) est (*gr. 5, 8, 2* μένει δὲ γλυκύ). *Lackenbacher.*

dulgo, -ere [*a verbo germanico non tradito* dulgjan 'iacĕre, proiicere' *tractum et conferendum esse c. anglosax.* dolg '*vulnus*', *island.* dolg '*pugna, inimicitia*' *censet Meissner, Zs. f. deutsches Altertum 52, p. 90 sqq., refutans opinionem eorum, qui ex verbo* indulgere *crevisse putant. Th.*]. LEX Sal. capit. 5, 5 (*cod. Eg.*) *dominus, cuius servus hominem ingenuum necavit,* -at servum, hoc est de⟨t⟩ (*corr. Kern*) licentia(m) parentibus coram parentes ⟨eius⟩ (*add. Hessels*), qui occisus est, et (ut *coni. Plasberg in schedis*) de ipso quod voluerint faciant, et ille (*sc. dominus*) sit exsolutus.

dūlīa (dol- *cod.*) servitus hominum GLOSS. V 287, 55. δουλεία *scriptum*: AVG. quaest. hept. 2, 94. *cf.* trin. 1, 6, 13.

dūlicē [δουλικῶς. *Th.*] *ut servum decet*: PLAVT. Mil. 213 euge, euscheme hercle astitit et -e (dulce *codd. et Plauti et Pauli p. 61 M.*).

?**dulō** *abl. v.* dolus *p. 1863, 59 sqq.* (*ubi l. 60 post* 'sedulom *cod.*' *addas: probavit Hauler, Wien. Stud. 40, 1918, 83 adn.; cuius argumentatio facit etiam ad l. 61*).

... clarissimus **dultus** CORP. X 4505 (= INSCR. christ. Diehl 195; *periit*). *quid sit, incertum* ('*fort i. q.* adultus'. *Diehl*). *D.*

*__dum__ *particula [originis parum certae. non constat, utrum subsit nomen quoddam conferendum c.* dudum, '*tempus*' *vel* '*spatium*' *significans, an adverbium seu particula cf. c.* donec (*q. v.*); *vel ex* num (*cf.* nun-c) *per dissimilationem, quam dicimus, nasci potuisse non negem. Th.]. formae*: du: CORP. XI 932 *v. p. 2215, 64* (*nota ibid.* no). CARM. epigr. 946, 4 (*Pompeis e papyro*) dunobis ... place⟨t⟩ (*v. Büch. ad l.*). 1392, 2 *v. p. 2223, 41.* tum: LEX Salpens. (CORP. II 1963) 2, 27 CARM. epigr. 832 *v. p. 2210, 76.* dunc [*ex* dum *et* donec *procrevisse videtur. Th.*]: CORP. III 1903, 8 *v. p. 2221, 80.* 8425, 8? CARM. epigr. 1878, 6 *v. p. 2207, 65.* 619, 2 *v. p. 2210, 75.* 1305, 2 *v. p. 2214, 12.* 1549, 10 *v. p. 2227, 8.* 1567, 6 *v. p. 2221, 26.* 1581, 7 *v. p. 2219, 62.* dunc *potius ad* dum *pertinere quam ad* donec *probari videtur significationibus.* tunc: CARM. epigr. 1582, 13 *v. p. 2214, 14.* 2160, 4. usquedun: TAB. devot. Audollent 230, 2 *v. p. 2227, 33.* *inter partes orationis*: PRISC. gramm. III 503, 1 '*dum*' *est* adverbium temporale, quomodo 'hic'. est ... etiam coniunctio causalis, quando pro ἵνα graeca coniunctione accipitur, ut Virgilius in primo Aeneidos (*1, 5*). et sciendum, quod adverbium indicativo coniungitur, coniunctio vero subiunctivo. est tamen etiam pro coniunctione repletiva ut (*Ter. Andr. 29*) ... et (*Sall. Catil. 11*) .... ex eo derivatur dudum. post 'nec' quoque vel post 'non' vel post 'haud' posita adverbium est temporale, ut necdum nondum hauddum. *de significationibus*: GRAMM. *et* GLOSS. *v. infra sub* I *et* II. *adde* GLOSS.[L] II Philox. DU 19 dum [dum] ἕως. ⟨19[a]⟩ ἄγε. *de significatione primaria cf. E. Löfstedt, Zum Ursprung u. Gebrauch d. Partikel dum (Strena philol. Vpsal. 1922 p. 408 sqq.).* [*falso ut vid. traditur*: PLAVT. Men. 1045 (*lege* tum). Mil. 1409. Persa 137? Poen. 416 (*A*, dudum *rell.*) Pseud. 137 (*P*, quom *A*). TER. Haut. 738 (*A*). 794 (*A*). LVCIL. 1155 a. 1293. VARRO rust. 1, 40, 4. CIC. Verr. II 3, 143 *pars codd.* (*item* Catil. 3, 17) CAES. Gall. 5, 44, 4 (α) BELL. Hisp. 23, 3. LEX Vrson. (Corp. I² 594) 132, 22 praeter dum quod ipse ... vocar⟨it⟩ (*an interpol.?*). ELEG. in Maecen. 1, 91. LIV. 5, 27, 2. 21, 43, 1 (*P*, cum *recc.*). 23, 10, 11 (*P*, cum *recc.*). 45, 12, 13 MANIL. 3, 665? SEN. contr. 1, 8, 14? VAL. MAX. 9, 12 ext. 8 COLVM. 2, 14, 4 SIL. 13, 98 (*codd. praet. V*) QVINT. inst. 9, 3, 23 decl. 329 p. 295, 29 AMM. 16, 12, 1 CLAVD. carm. min. 53, 102 (*pars codd.*; cum *rell.*). *dubiae memoriae*: VARRO Men. 150 HOR. epod. 5, 55 PANEG. in Mess. 112[a] SEN. suas. 1, 14 SEN. nat. 6, 29, 1 δ LVCAN. 2, 476 VAL. FL. 1, 306 (*cf. Langen*). 4, 287 MART. 2, 60, 2 QVINT. inst. 9, 4, 135 MARCELL. dig. 33, 2, 15, 1. *locis corruptis aut mutilis traditur*: NAEV. com. 130 PLAVT. Mil. 997 Truc. 380 (*A*) CAECIL. com. 275 SISENNA hist. 116 LVCIL. 490 NOVIVS Atell. 19 RHET. Her. 4, 50, 63 MAT. carm. frg. 3 LAEV. carm. frg. 17 LABER. com. 57 VARRO Men. 409 ling. 6, 91 CIC. ac. 1, 22 OV. trist. 3, 9, 11 FEST. Gloss.[L] IV p. 374[b] (p. 270 M.) SEN. contr. 1, 4, 1 GERM. frg. 2[b], 17 SEN. benef. 5, 14, 5 SEN. nat. 2, 20, 2 epist. 25, 7. 104, 11 PLIN. nat. 27, 91. 35, 91 QVINT. decl. 244 p. 3, 9. 267 p. 90, 4 FRONTO p. 74, 11 N. VERVS ad Front. p. 116, 20 GAIVS inst. 3, 95[a] VLP. dig. 2, 4, 10, 2. 9, 4, 8 ANTH. 435, 3 CAPITOL. Pert. 10, 2 AVIEN. Arat. 1521 AVSON. 381, 3 DARES 33 *G* (*L*) AMM. 14, 10, 12 CLAVD. DON. Aen. 6, 300 p. 549, 21 SERM. de conf. diab. 109? *in titulis*: EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. (Corp. X 4842) 67 IVS IVR. Sestin. (Corp. XI 5998[a]), 10 CORP. III 8425, 8 (?). IV 1792. 3136. X 179. dum ne: LEX repetund. (Corp. I² 583) 16. usque dum: PLAVT. Truc. 102 VINDIC. med. 33. *fort.* dum *recte traditur parte codd. pro* cum: PHAEDR. 1, 4, 2. 3, 10, 13. 4 pr. 14. 5, 10, 2, *cf. Klotz Berl. Phil. Wochenschr. 1920, 1108*].

[*de elisione*: **1** *apud scaenicos*: *eliditur (passim) in arsi thesique et deverbiorum et canticorum. non eliditur*: *in arsi*: PLAVT. Amph. 599 Aul. 621. Bacch. 988 dum ego has (*cant.*). Curc. 280 dum ego hic. Men. 93. 449. Mil. 197 dum ego mihi (*?; Leo, sed cf.* dum‿égo: Cas. 486 Truc. 629. 843. dum ego∠: Pseud. 337). Mil. 308 dum ego in. Poen. 884. Rud. 774 dum ego erum. 879 dum ego huc. 1100 Stich. 554 (*si retin.* equidem *codd.*; quidem *coni.*). Truc. 234 (232 *Linds.*) *altero loco* (tum *codd.*). Truc. 713 *altero loco* (*cantic.*). TER. Ad. 118. 541 (*?; Linds.*). Andr. 825 Eun. 763 Hec. 725 (*?; Linds.*). 802 (*?; Linds.*). 837 (*?; Linds.*). Phorm. 526 (*??; Linds.*). 982 CAECIL. com. 226. *dubitari praeterea potest de* PLAVT. Asin. 531 Bacch. 1005 Capt. 608 Cas. 798 (*cant.*). Cist. 782 Curc. 253 Men. 193 Trin. 30. 211. 254 (255 *Linds.*) Truc. 23. 393 (?). 887 TER. Andr. 980 (?) Eun. 583 (?). 632. 728 (?) Haut. 655. 715 Phorm. 90. 480. 583 (?). 737 TVRPIL. com. 149. *in thesi*: PLAVT. Amph. 96 (*?; Linds.*). Mil. 595 (*?; vers. corrupt.*). Rud. 313 (*?; Linds.*). 779 Truc. 874 (*codd., Leo*). TER. Ad. 313 (*vers. susp.*). Haut. 987 (*?; Linds.*). ACC. trag. 345 (dum id *codd.*). NOV. com. 75. *dubitari praeterea potest de* PLAVT. Capt. 233 (*cant.*). Curc. 466 Men. 72. 330 dum ego haéc. 378 (?). Merc. 84. 97. 906 (*in exitu sept. troch.*) dum istic siet. Mil. 583 Most. 71 Rud. 368 Stich. 764 Trin. 757 TER. Ad. 70. 224 Andr. 54 (?). 266 Eun. 255. 341. 592. 843 Haut. 492. 543. 714. 717. 833 (?). 1058 (?) Hec. 594 (?). 801 (?) Phorm. 161. 513. **2** *poetae non scaenici vitant vocabulum ponere ante voc. aut* h (*apud* PLAVT. *ante cons. 171[ies], ante voc. sive* h *123[ies]*; *item apud* TER. *65: 58; iam aliter apud* SEN. *trag. 79 ante cons.: 8 ante voc.; contra apud* LVCR. *32 : 2,* VERG. *117 : 2,* HOR. sat. epist. *41 : 4,* GRATT. *7 : 1,* SIL. *184 : 8,* STAT. *137 : 4*). *non posuerunt ante voc. aut* h: HOR. epod. carm. (*omnino locis 26*), TIB. (*23*), PROP. (*23*), OV. (*411*), MANIL. (*11*), GERM. (*6*), PHAEDR. (*38*), LVCAN. (*94*), PERS. (*4*), VAL. FL. (*40*), MART. (*149*), IVV. (*28*). *eliditur in arsi*: CATVLL. 44 (*choliamb.*), 14 usque dum. 63 (*galliamb.*), 78 agedum (*item* GRATT. 127 SIL. 11, 575 STAT. Theb. 11, 101. 12, 94). CATVLL. 65 (*dact.*), 22 LVCR. 5, 1100 VEN. FORT. carm. 10, 17, 8. *in thesi*: LVCIL. 157 LAEV. carm. frg. 17 (*vers. Reiz.*) CATVLL. 62, 45. 56. 64, 145 VERG. georg. 3, 428 Aen. 7, 71 HOR. sat. 1, 5, 13. 1, 9, 60 SIL. 7, 479. 494. 8, 124. 9, 166. 12, 505. 14, 192. 353 STAT. Theb. 12, 442 silv. 1, 2, 229 (vixdum). *non eliditur in thesi*: LVCR. 3, 1082. *D.*]

I *ADVERBIVM: adv.* '*ornativum*' *sec.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 202, 5. PRISC. gramm. III 479, 31 dum *syllaba* solet expletiva inveniri, ut quidum agedum adesdum. SCHOL. Ter. Andr. 29 p. 80, 5 adesdum: dum παρέλκον, adiectio syllabica. *cf.* Haut. 550 p. 120, 13. Eun. 707 p. 77, 26 dic dum: dum id est adhuc, ut Cicero in epistolis ad Cassium (*epist. 12, 7, 2*). PLAC. Gloss.[L] IV A 72 '*age*' accipit ... 'dum' et fit una pars agedum: est ergo 'dum' nativa (ornativa?) particula vel pro 'cito' aut 'modo' (*ubi pro* nativa *cod. Cors. nunc deperditus* hortativa *ex coni., ut videtur; v. Goetz in Thes. gl. s. v.* age). GLOSS. V 287, 63 dum aliquando significat quod actum, aliquando modo. [L] II Philox. DU 19[a] *v. p. 2199, 76.*

A *absolute positum fere i. q.* '*interim*' (*exempla satis incerta*): PLAVT. [Merc. 348? (*v. p. 2208, 27*)]. Mil. 431 persectari ... volo ...: ne dum (clam *Bothe, al.*) quispiam nos vicinorum ... immutaverit. Rud. 779 (*versus dubiae traditionis*) abi modo, ego dum hoc curabo recte.

B *sibi respondens*: **1** *fere i. q.* '*modo — modo*': ACC. trag. 395 dum ... credas nimbum volvier, dum ... rapi saxum (*fortasse protasis, cuius apodosis non servata. sim., ut videtur*: AFRAN. com. 373 dum ⟨me⟩ morigeram, dum morosam praebeo, deinde aliquid ... controversiae concinno, laedo interdum contumeliis). **2** *fere i. q.* '*quamdiu — tamdiu*': PLAVT. Truc. 234 *ex coni. Lambini* (*v.*

[*Hey*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 2222, 44). CATVLL. 62, 45 virgo, dum intacta manet, dum cara suis est: cum ... amisit eqs. (QVINT. inst. 9, 3, 16 ad h. l. cum prius dum significet 'quoad', sequens 'usque eo'). 62, 56 virgo, dum intacta manet, dum inculta senescit: cum ... adepta est. incertum an huc pertineat CARM. epigr. 1944, 3 vixi vicenni temporis aevo. dum mihi vita fuit, dum fata deusqu⟨e⟩ sinebant. ?3 fort. i. q. 'tum — tum': PLAVT. Merc. 348 v. p. 2208, 27.

C *in enclisi:* 1 *adhaeret imperativis* (*i. q.* 'modo', δή. *cf.* PAVL. FEST. Gloss.[L] IV p. 120[a] [p. 23, 12 M.] agedum significat age modo. est enim adhortantis sermo. GLOSS. II 216, 10 ἄγε δή. agedum. *cf. etiam, quae de* dum *coniunctione p. 2202, 42 sqq. dicta sunt*): abi: TER. Haut. 249. accede: PLAVT. Rud. 1332. accipe: PLAVT. Men. 386. ades: TER. Andr. 29. age (agedum. agitedum): *v. vol. I 1405, 67 sqq.* ascribe: PLAVT. Bacch. 745. aspice: PLAVT. Most. 1105. asside: PLAVT. Stich. 9. cape: PLAVT. Rud. 1177. cedo: *v. vol. III 734, 52.* circumspice: PLAVT. Mil. 955 (*ex coni.*). Most. 472 *al.* dice: PLAVT. Rud. 1156, dic: TER. Hec. 803. evoca: PLAVT. Most. 679. excute: PLAVT. Aul. 646. fac: PLAVT. Rud. 1023. facito: PLAVT. Cas. 523 (*cf. Löfstedt, Zum Ursprung d. Part. dum, p. 412*). i: PLAVT. Rud. 798. itera: PACVV. trag. 202. iube: PLAVT. Persa 605 Rud. 786. mane: PLAVT. Asin. 585. 877 Bacch. 794 Cas. 384 Truc. 115. memora: PLAVT. Capt. 983 Poen. 866? 1063. nega: SEN. contr. 7, 1, 16. pulta: PLAVT. Most. 674. respice: PLAVT. Mil. 361. sine: *in tmesi*: PLAVT. Men. 378 Most. 1143. *coniuncte*: Truc. 628. surge: PLAVT. Most. 1102. tace: PLAVT. Men. 348. tange: PLAVT. Rud. 784. 796.

2 *adhaeret aliis orationis partibus:* **a** *affirmativis* (*i. fere q.* 'modo', 'demum'): eho: PLAVT. Persa 610 *al.* etiam (*v. Richardson, De 'dum' particula, p. 8*): PLAVT. Pseud. 957. 1028 TER. Haut. 229 *al.* nunc: PLAVT. Curc. 242. qui: PLAVT. Amph. 1032 Asin. 620 *al.* primum: PLAVT. Bacch. 259 *al.* praeterdum? *v. p. 2199, 84.* *adde*: TER. MAVR. 818 non priore, sed secunda dum ... in syllaba. *forsitan similiter explicandum*: HIER. tract. in psalm. I p. 60, 18 et quid fecit? ut dum errorem emendaret, fecit errorem (*pleonasmus sec. Löfstedt, Beiträge p. 33*). interdum *v. suo loco.* **b** *negativis*: haud: LIV. 2, 52, 4 *al. ex coni. in tmesi*: PLAVT. Truc. 321. nemo: CELS. dig. 41, 2, 18, 2. neque: PLAVT. Curc. 57 *al.* (nec ... dum: LIV. 3, 60, 10). nihil: CIC. Verr. II 4, 9 *al.* non: PLAVT. Mil. 787 *al.* nullus: LIV. 3, 50, 16 *al.* vix: TER. Phorm. 594 *al.* *cf.* nedum.

II *CONIVNCTIO:* *testimonia*: DON. Ter. Hec. 414 'dum' alias dummodo, alias donec, nunc quamdiu. SERV. Aen. 1, 697 sane sciendum, malo errore 'cum' et 'dum' a Romanis esse confusa. GLOSS. donec quamdiu. quoadusque vel donec. GLOSS.[L] II Philox. DU 90 ἕως (GLOSS. II 321, 50). GLOSS. II 254, 42 ἄχρι tenus donec dum. 321, 53 ἕως τοῦ dum adhuc. 321, 21 ἐφ' ὅσον quando quamdiu dum. 370, 28 μέχρι adhuc tenus usque donec dum. III 516, 23 ἕως ἄν usque dum. PALAEM. Char. gramm. p. 293, 25 B. (p. 227, 12 K. = DIOM. gramm. I 393, 10) 'dum' iungitur finitivis, velut dum venio. quotiens vero pro eo quod est 'dummodo' ponitur, subiunctiva recipit, ut apud Vergilium (*Aen. 1, 5*) 'dum conderet urbem', id est dummodo conderet. 'dum' etiam, si alius praeponitur (praeferitur *Diom.*) sermo declinationis, ad illum reformatur, velut 'petebas ut dum venires facerem'. sic quoque recipit subiunctiva (*sim.* DOSITH. gramm. VII 420, 4, *nisi quod post* 'subiunctiva recipit' *inserit*: alii vero dixerunt quod magis optativa). PRISC. gramm. III 289, 16 et 'dum' et 'ut', quando pro ὅπως vel ἵνα ponuntur, tam optativo quam subiunctivo inveniuntur iuncta (*Verg. Aen. 1, 5*).

materiam ita disponendam putavi:
A *loci quibus* **indicativum** *regit coniunctio (p. 2203, 10—2219, 11).*
B *loci quibus* **coniunctivum** *regit coniunctio (p. 2219, 13—2230, 51).* *sic facilius fore spero ut perspiciatur, quemadmodum usus coniunctivi in litteris latinis per saecula sensim percrebuerit.* *accedunt:*
C *exempla, ubi* **indicativus** *et* **coniunctivus** *iuxta ponuntur (p. 2230, 53—73).*
D *exempla* **verbo supplendo** *insignia (p. 2230, 75—2231, 80).*
deinde has singulas partes generales secundum significationes coniunctionis, quantum quidem fieri potuit, porro dirimere conabar. qua in re non pauca in interpretantis arbitrio posita fuisse scias, cum verba per dum *introducta saepe uno eodemque loco diversas admittant notiones, prout actionem aut longioris temporis aut momentariam vel subitaneam aut denique ad finem ac terminum spectantem significare videntur.*
disposui autem sic:
1 dum *inducit actionem longius spatium temporis occupantem, intra cuius spatii terminos brevior vel momentaria incidit actio (i. q.* **intra quod spatium,** *nos* '**während**'). *cuius usus hae sunt species:*
a *est actionum mera temporalis comparatio* (**A** *p. 2203, 10 sqq.* **B** *p. 2219, 14 sqq.* **D** *p. 2230, 76 sqq.*).
b *sententia regens opponitur subiunctae, ita ut coniunctioni accrescat vis adversativa (i. fere q.* '**cum**' *advers.* '**während doch**': **A** *p. 2207, 75 sqq.* **B** *p. 2220, 63 sqq.*).
c *accedit notio causae* ('**indem, dadurch daß**': **A** *p. 2208, 25 sqq.* **B** *p. 2221, 13 sqq.* **D** *p. 2231, 14 sqq.*). *quae adeo praevalere coepit, ut iam nulla esset temporum ratio, sed coniunctio idem prorsus valeret quod* '**cum**' *causale* ('**da, weil**': **A** *p. 2211, 80 sqq.* **B** *p. 2221, 51 sqq.* **D** *p. 2231, 14 sqq.*).
d *accedit restrictio quaedam temporis denotans actionem sententiae regentis utcumque non excedere terminos sententiae subiunctae* ('**solange noch**': **A** *p. 2212, 36 sqq.* **B** *p. 2222, 11 sqq.* **D** *p. 2231, 14 sqq.*).
2 dum *introducit actionem longioris spatii, cuius fines circumscribunt fines actionis, quam indicat sententia regens (i. q. quamdiu* '**solange als**'):
a *est mera temporalis actionum comparatio* (**A** *p. 2213, 43 sqq.* **B** *p. 2222, 42 sqq.* **D** *p. 2231, 21 sqq.*).
b *accedit vis restrictiva vel condicionalis. vis temporalis mox obsolescit (i. q.* **dummodo** '**wenn nur, wofern**': **A** *p. 2216, 64 sqq.* **B** *p. 2223, 54 sqq.* **D** *p. 2231, 26 sqq.*).
3 dum *introducit actionem cuicuimodi, quae incipiens finit actionem sententiae regentis (i. q.* **quoad, donec** '**solange bis**': **A** *p. 2217, 81 sqq.* **B** *p. 2226, 52 sqq.* **D** *p. 2231, 70 sqq.*).
4 dum *introducit actionem momentariam simul accidentem cum actione sententiae regentis (i. q. quo tempore,* '**cum**' *temp.* '**als, wann**': **A** *p. 2218, 39 sqq.* **B** *p. 2229, 20 sqq.* **D** *p. 2231, 75 sqq.*).
5 *sub hoc numero addidi singularia quaedam (p. 2230, 36).*
singula vero haec capita ita ordinavi, ut primum ea exempla congererem, in quibus sententia per dum *introducta pendet a pleno enuntiato primario vel certe a sententia modum indicativum habente,*
deinde ea in quibus pendet ab enuntiato secundario per coniunctivum vel ab infinitivo,
postremo ea, in quibus pendet a parte aliqua sententiae regentis (quae quidem exempla separanda putavi quo facilior legenti esset totius periodi intellectus).
denique subdivisionem temporum feci; qua in divisione, ubi ex re erat, praesens merum vel gnomicum (significatum per 'non hist.') seorsum posui ab 'historico' quod dicitur.

[*'de notionum conexu haec liceat breviter proferre (cf. etiam Stolz-Schmalz-Hofmann, Lat. Gramm.[5] 741 sqq.):*
a) coniunctio temporalis dum *sub II tractata et particula* dum *sub I tractata uno tantummodo usu arte conexae sunt, eo scilicet quo utrumque* dum *apud* PLAVT. *et* TER. *imperativum sequitur, ex. gr.* ades-dum, mane-dum *et* ades dum pellego, mane dum scribit, mane dum edormiscat; *hunc particulae usum invenies sub I C p. 2201, 8, coniunctionis passim, imprimis sub II A 1 a α p. 2203, 12 sqq., 2 a α p. 2213, 46 sqq., 3 a p. 2216, 82 sqq., B 3 a p. 2226, 53 sqq.*
b) notiones tres generales quae sunt 1. 'intra quod spatium', 2. 'per quod spatium, quamdiu', 3. 'ad quod punctum temporis, quoad, donec', hoc modo inter se cohaerent: primitus non in coniunctione positae sunt, sed in 'actionibus' sive 'aspectibus' verbi ad dum *adiuncti et verbi primarii:*

	enunt. prim.	*enunt. a* dum *incipiens*	*notio coniunctionis* dum
'actio' verbi	*momentanea (perfectiva)*	*durativa s. momentanea*	1. *'intra quod spatium'*: ades dum pellego auscultate dum dico veni dum solvo
	durativa	*durativa*	2. *'quamdiu'*: mane dum scribit
		momentanea	3. *'donec, quoad'*: mane dum redeo mane dum edormiscat.

in notione sub 3 posita q. e. 'donec' in se recipienda eadem qua dum *fortuna usa est coniunctio graeca* ἕως.
c) notiones quae ad **a** *temporalem tripertitam, quam originariam esse apparet, accedunt* (**b** *adversativa* **c** *causalis* **d** *restrictiva), et ipsae originem ducunt e structura sententiarum inter se coniunctione* dum *coniunctarum.*
ad notionem **b** *adversativam efficiendam sententiae primaria et subiuncta primitus continent duo subiecta cum praedicatis aut saltem duo cogitata inter se opposita, sed tempore congrua; quare nonnulla huius structurae exempla iam sub usu mere temporali poni poterant velut p. 2203, 37* dum tibi fit quod placeat, ille ringitur *vel p. 2203, 44* dum tu sectaris apros, ego retia servo. *nostrum 'während' cum temporale tum adversativum facile comparatur.*
notio **c** *quae parum feliciter causalis vocari solet, tum in conspectum prodit, cum subiectum in utraque sententia idem est:* dum hoc facio, illud facio *vel* efficio *vel* patior *idem fere est quod 'hoc faciens (hoc faciendo) illud insuper efficio'; est igitur* dum *coeffectivum; huius quoque usus quidam quasi praenuntii sub mere temporali inveniuntur velut* PHAEDR. 1, 24, 1 inops potentem dum vult

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imitari perit *vel* VERG. Aen. 10, 191 dum canit duxit senectam, *p. 2205, 43* totum desedi diem dum exspecto.

notio denique d *restrictiva et condicionalis 'dummodo' eo fit, quod sententia subiuncta facultatem vel definitionem temporalem indicit velut* dum licet, dum lubet, dum potes, dum tempus est, *quae sententia subiungitur enuntiato primario temporis quadamtenus futuri velut imper., coni. opt. sim., ex. gr.* abi dum licet, ames dum potes *(cf. p. 2212, 39. 48).' Leumann in plagulis.*]

A *cum indicativo*: **1** *intra quod spatium*: **a** *plane temporaliter*: *α praes. non hist.*: (I) *enuntiato primar. praes.*: (a) *imperat.*: PLAVT. Bacch. 988 ades, dum ego perlego (*sim.* 1005 CIC. dom. 133 TIB. 2, 1, 35. 2, 5, 6 PROP. 1, 7, 1 *al.* OV. am. 1, 4, 52 *al.* Ib. 85 Pont. 3, 3, 3 GERM. 15. *cf. etiam l. 15 et 17 et 21*). Cas. 798. 879 operam date, dum mea facta itero. 882. Curc. 280. Mil. 197 paulisper tace, dum ... consilia ... convoco et dum consulo (Rud. 1036). Most. 99 auscultate, argumenta dum dico. Persa 811 Poen. 41*?* 43. *nota* Rud. 575 da mihi vestimenti aliquid aridi, mea dum arescunt. Stich. 764 Trin. 11 TER. Eun. 595. 765 VARRO rust. 2, 5, 1 veni mihi advocatus, dum asses solvo. CIC. Tull. 13 rem ... dum ... vobis demonstro, attendite (*sim.* 6, 42. Mil. 23 ad Q. fr. 2, 14, 2 SEN. Phoen. 487 VVLG. Iob 33, 31). Verr. II 4, 105 Att. 5, 4, 4 VERG. ecl. 8, 19. LIV. 8, 38, 15 SEN. contr. 1, 2, 5 contr. exc. 6, 8 SEN. Med. 289 CVRT. 6, 10, 28 SIL. 7, 531 HOMER. 116 STAT. Theb. 1, 661 MART. epigr. 25ᵇ *Leander ad undas*: parcite, dum propero, mergite, cum redeo. QVINT. decl. 319 p. 253, 30 APVL. apol. 37 TERT. nat. 1, 3 p. 62, 19 AVSON. 153, 76. (b) *non imperat.* (*inclinant ad* (a)): PLAVT. Stich. 701 amica ... dum cenat dumque se exornat, nos volo tamen ludere. *coni. praes.*: VERG. Aen. 10, 282 TIB. 1, 2, 4 SEN. benef. 2, 25, 3 PERS. 5, 92 PETRON. 72, 6 CALP. ecl. 5, 32 TERT. spect. 28 p. 27, 6 [*opp.* cum]): PLAVT. Merc. 778 dari potest interea, dum illi ponunt. Mil. 762. Persa 363. ENN. sat. 19 ille tristis est, dum cibum servat, tu ridens voras. TER. Hec. 414 mihist hinc ablegandus, dum parit Philumena (DON. *ad l. v. p. 2201, 40. possis interpretari 'quamdiu' cum* DON., *si pro* ablegandus *audias 'procul habendus', vel 'usque dum' cum Barbelenet, De l'aspect verbal p. 86*). Haut. 240 dum moliuntur, dum conantur, annus est. Phorm. 341 dum tibi fit quod placeat, ille ringitur (*cf.* 340 ten ... venire unctum ..., ... quom ille ... absumitur). VARRO ling. 5, 11 ubi agitatur *corpus*, locus (*sc. est*), dum agitatur, tempus (*sc. est*). rust. 3, 14, 3 CIC. Quinct. 6 de orat. 1, 191 div. 2, 76 Att. 10, 15, 4 LVCR. 4, 92. 5, 1100 micat interdum ..., ardor, mutua dum inter se rami stirpesque teruntur. *nota* 6, 1167 rubere corpus, ut est, per membra sacer dum (cum A^1, *C*) diditur ignis. VERG. ecl. 2, 12. 3, 4. 3, 75 si, dum tu sectaris apros, ego retia servo (OV. ars 1, 383). Aen. 5, 628 septima ... iam vertitur aestas, cum ... ferimur, dum ... sequimur. HOR. carm. 1, 4, 7 *al.* TIB. 1, 8, 65 ELEG. in Maecen. 2, 12 MANIL. 3, 672 PAVL. FEST. Gloss.ᴸ IV p. 205ᵇ (p. 88 M.). p. 251ᵃ (p. 124 M.). SEN. contr. 1 pr. 5 non ..., dum quaero, aliquid invenio (*cf. ibid.* quaerenti). SAB. Gell. 11, 18, 11 VAL. MAX. 3, 8, 1 CELS. 4, 9, 2 PHAEDR. 1, 31, 2. 4, 7, 4. SEN. benef. 1, 1, 5 gratiam ... corrumpimus, ... dum damus *beneficia* (*opp.* non tantum postquam dedimus). 6, 1, 1 dum quaeruntur (*opp.* quaesita). epist. 87, 25 statim puniuntur, cum facta sunt, immo dum fiunt. OCTAVIA 674 COLVM. 2, 20, 5 *al. nota* 6, 29, 4 dum bimus et sex mensium est, ... dentes ... cadunt. cum quartum annum agit *eqs. deinde*: intra sextum ... annum. SCRIB. LARG. 40 MELA 1, 43. LVCAN. 2, 418 PERS. 3, 4 PETRON. 41, 10 PLIN. nat. 8, 50 *al.* VAL. FL. 2, 32. MART. 2, 64, 10 dum quid vis dubitas, iam potes esse nihil (QVINT. inst. 12, 6, 3). 3, 50, 5. 10, 37, 17 dum loquor, ecce redit ... piscator (CORIPP. Ioh. 4, 1). QVINT. inst. 1, 1, 35 *al.* 12, 9, 4 dum fiunt (*opp.* cum facta sunt). IVV. 5, 55 TAC. Germ. 22 ann. 15, 21 GAIVS inst. 1, 94 APVL. mund. 15 TRYPH. dig. 4, 4, 37 VLP. dig. 4, 6, 15, 3. 27, 10, 3 *al. fort.* ITALA Is. 52, 7 (Tert. adv. Marc. 4, 13 p. 457, 6) adsum, dum hora est, (*πάρειμι ὡς* [= *ἕως*, *cf. p. 2213, 2 sqq.*] *ὥρα κτλ.* VVLG. *aliter*). PANEG. 3 (11), 12, 3 OPTAT. 2, 20 p. 56, 14 VEG. mil. 1, 20 FVLG. RVSP. c. Fastid. 14 serm. 6, 1 HIER. epist. 3, 4, 4. VVLG. sap. 14, 28 dum laetantur, insaniunt (*εὐφραινόμενοι. sic saepius* VVLG. dum, *ubi in gr. part. praes.*). CLAVD. 26, 328 MEROB. carm. 2, 14 AVG. civ. 14, 9 p. 23, 7 D. *al.* COMM. apol. 785 *al.* ITIN. [Silv.] 25, 1 *al.* Anton. Plac. rec. A *et* B 20 MACR. Sat. 7, 4, 28 MART. CAP. 5, 443 VICT. VIT. 3, 3 DRAC. Romul. 2, 53 ENNOD. carm. 2, 97, 1 (*ibid.* 2 cum). VEN. FORT. carm. 7, 12, 88 scribimus et haec dum, non sine te loquimur. CORIPP. Ioh. 1, 37 *al.* BAVDON. vita Radeg. 2 prol. p. 377, 20. CARM. epigr. 513, 2 non est mora, dum legis. 1491 dum vivo, mors ... venit. 1551 D, 1. (II) *enuntiato primar. perf.*: PLAVT. Amph. 114 nox est facta longior, dum ⟨cum⟩ illa quacum volt voluptatem capit. Mil. 1271 dum te obtuetur, interim linguam oculi praeciderunt. Persa 448 Poen. 361 Rud. 314. Trin. 30 *v. p. 2205, 42.* TER. Haut. 242. CIC. Att. 7, 7, 7 dum ego absum, adulescens factus est. 16, 12. SALL. Iug. 4, 9 altius ... processi, dum me ... piget. HOR. ars 457 hic, dum ... versus ructatur ..., si ... decidit. OV. am. 3, 2, 41 CELS. 6, 18, 3ᶜ SEN. dial. 6, 1, 7 nat. 6, 5, 3 QVINT. decl. 388 p. 437, 4 MART. 12, 18, 1 SOL. 53, 15. AVSON. 412 interea ... iambicis praeludendum putavi, dum *heroicum* inchoatur. (III) *enuntiato primar. fut.* (*I vel II*). *huc trahendum, si ad* perscrutabor *potius enunt. per* dum *referas quam ad* inveniam, PLAVT. Aul. 621 perscrutabor fanum si inveniam ... aurum, dum hic est occupatus. Men. 214 dum coquitur (-etur *fortasse A*), interim potabimus. Most. 688 huc concessero, dum mihi senatum consili in cor convoco. CIC. Att. 10, 8, 10 tu ..., dum adsumus, scribes. epist. 3, 5, 4 LENT. Cic. epist. 12, 14, 4 VERG. Aen. 4, 121 HOR. carm. 1, 11, 7 dum loquimur, fugerit invida aetas, sat. 2, 2, 67 carm. 4, 2, 49. OV. epist. 16, 201 dum loqueris ..., dum nox ... paratur, ... iam ... ventus erit. MANIL. 3, 368 nunquam erit occiduus ... Phoebus, dum ... perlustrat. SEN. contr. 7, 5, 3 SEN. Herc. f. 514 dial. 5, 39, 3 *al.* CVRT. 7, 2, 15. LVCAN. 1, 363. 6, 165. 7, 42 CALP. ecl 5, 45 VAL. FL. 2, 183. SIL. 3, 176 iam ... cernes ..., ... dum ... cunctaris. STAT. silv. 1, 4, 67 MART. 1, 3, 7 *al.* IVV. 14, 302 CELS. dig. 41, 2, 18, 3 IVLIAN. dig. 37, 6, 3, 5 IMP. HADR. Vlp. dig. 48, 18, 1, 22 SCAEV. dig. 3, 5, 34 pr. 38, 8, 10 si mater ... repudiaverit, dum adhuc praegnas est. VLP. dig. 2, 1, 7, 2 quod si dum proponitur vel ante propositionem quis corruperit. APVL. apol. 36 interea, dum hic quaerit, ego ... dixero. TRYPH. dig. 23, 2, 67, 3 *al.* PALLAD. 7, 12 AVSON. 12, 15 HIER. epist. 14, 4, 2 VVLG psalm. 67, 15 Is. 30, 13 GREG. TVR. Iul. 47. BENED. reg. 46, l. 3 si quis, dum in labore quovis, in coquina, in cellario ..., dum laborat, ... aliquid deliquerit *eqs.* (IV) *enuntiato primar. coniunctiv. irreal.*: TER. Phorm. 161 non cottidiana cura haec angeret animum, ... dum exspecto quam mox *eqs.* VERG. Aen. 10, 324 tu ..., dum sequeris ..., ... stratus ... iaceres, ni *eqs.* TIB. 2, 3, 8. *nota*: PAPIN. dig. 28, 7, 28 qui si neminem substitutum haberet, dum moritur, ... heres exstiterit (existeret *edd.*). PAVL. dig. 49, 15, 19, 6.

pendet: *ex enunt. secund. per coniunctivum*: PLAVT. Asin. 531 dum eius exspectamus mortem, ne ... moriamur. 914 interea ut decumbamus suadebo, hi dum litigant. Aul. 621 *v. supra l. 1.* Merc. 1006 non utibilist hic locus, ... dum memoramus, arbitri ut sint. 595 ibo intro, ne, dum absum, ..fiat (*A; sed cf. app. crit.*). Poen. 1421 Pseud. 921 TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 4 VARRO rust. 3, 2, 1 *al.* CIC. inv. 2, 60 quare, dum de ea iudicatur, ... praeiudicetur. Verr. II 2, 106. Cluent. 8 dum ... respondeo, quaeso, ut me ... audiatis (*sim.* 89 Phil. 7, 9. 13, 22). off. 1, 85. Att. 2, 14, 2 si qui nunc, dum hi apud me sunt, emere ... velit. LVCR. 5, 770 HOR. sat. 1, 2, 127 PRIAP. 70, 12 OV. met. 2, 390. LIV. 21, 41, 15 nec Alpes aliae sunt, quas dum superant, ... possint. 23, 9, 1 *al.* SEN. contr. 1, 2, 1 *al. nota perf.* 9, 6, 8 succurrite, ne ... filium ... dum torquetur, occiderit. VAL. MAX. 6, 3 pr. 7, 2, 13 SEN. benef. 7, 18, 2. 7, 26, 3 CVRT. 7, 8, 14 COLVM. 7, 5, 13 *al.* PLIN. nat. 17, 107 QVINT. inst. 10, 7, 8 *al.* IVV. 5, 83. TAC. Germ. 12 tamquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur. hist. 1, 33 *al.* PLIN. epist. 2, 13, 9 *al.* DECRET. decur. Forosempron. (Corp. XI 6123, 2), 10 GAIVS dig. 19, 2, 25, 7 MEN. dig. 49, 16, 5, 5 VLP. dig. 4, 4, 7, 4. PANEG. 3 (11), 4, 3 ut, dum vestigia ... miramur dumque ... putamus, iam ... audiamus. VOPISC. Tac. 1, 1 TERT. resurr. 28 p. 65, 25. ITALA Bar. 6, 3 (Tert. scorp. 8 p. 161, 17) cavete ..., ne ... timore capiamini, dum aspicitis turbas (*ἰδόντας*, VVLG. visā ... turbā). VEG. mil. 3, 11 HIER. epist. 22, 27, 3 *al.* VVLG. Tob. 5, 4 ut, dum adhuc vivo, recipias eam. Marc. 4, 27 si ... semen ... increscat, dum nescit ille (*μηκύνεται ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός*). AVG. civ. 20, 20 p. 453 D. *al.* DRAC. Orest. 591 CASSIOD. hist. 8, 1 p. 1103ᴮ CONC. Arvern. a. 535, 8 *al.* COD. Iust. 2, 40, 5 pr. *al.* VEN. FORT. carm. 11, 22, 3 EVGIPP. Sev. 8, 5 BENED. reg. 32 *al.* ACT. Archel. 48, 3 CARM. epigr. 53, 2. *ex infinitivo*: PLAVT. Amph. 980 volo deludi illunc, dum ... mihi morigero. Men. 330 ire ... meliust te interim ..., dum ego haec appono. Pseud. 572 concedere aliquantisper ... lubet, dum concenturio ... sycophantias. TER. Hec. 725. VERG. Aen. 10, 191. 11, 350 PRIAP. 77, 4 OV. am. 2, 11, 51 met. 2, 683 *al.* LIV. 24, 19, 3 SEN. dial. 2, 2, 1 CVRT. 7, 7, 14 VAL. FL. 3, 687 TAC. hist. 3, 38. 70 PLIN. paneg. 61, 9 *?*. TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 7 TREB. Claud. 11, 6. VVLG. psalm. 9ᵃ, 9 *ex parte sententiae regentis*: CAEL. Cic. epist. 8, 16 (= Att. 10, 9ᵃ), 5 *v. p. 2217, 66.* OV. ars 3, 218 multa ..., dum fiunt, turpia, facta placent. met. 3, 416 dum ... bibit, ... correptus. LIV. 23, 27, 7. 24, 13, 6 *al.* SEN. epist. 114, 8 sensus ... enervati dum exeunt. PLIN. nat. 8, 66 animal velocitatis ... maxime cognitae, dum capitur ... eius fetus. 8, 117. 10, 145 QVINT. inst. 11, 2, 38 IVV. 9, 4.

β praes. hist. q. d. (*cf. Schmalz, Archiv 11, 338 sqq.; Sommer, Rh. Mus. 74, 1925, 200. 226*): (I) *enunt. primar.*: *praes.* (*acced. perf. infra l. 78*): PLAVT. Amph. 1120 dum haec aguntur, ... exclamat (Merc. 193 CAES. civ. 1, 36, 1 CAPITOL. Gord. 15, 1 TREB. Claud. 11, 1 AMM. 15, 5, 17 *al.* ANON. Vales. 15, 92. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 3 [*gr. ἐν τούτῳ*]). *nota* Bacch. 279 dum circumspecto, atque (*v. vol. II 1076, 6*) ... conspicor. Cas. 909 (*loco lacunoso*). Mil. 308. Stich. 366 dum percontor portitores ... negant venisse: conspicatus sum interim cercurum (*an* negant *ad protasin trahendum?*). Trin. 166 ruri dum sum ..., me apsente ... aedis ... inscribit. 254 TER. Eun. 255 *al.* CATO (*?*) orig. 83, 17. QVADRIG. hist. 10ᵇ, 17 dum se Gallus ... constituere studet, Manlius ... scutum percutit atque ... hominem ... deiecit. 13 ea dum fiunt, Latini ... consilium ineunt (BELL. Afr. 33, 1). PORC. LIC. carm. frg. 4 dum ... petit, dum ... inhiat ..., ... dum ... putat, dum ... credit ...: rapitur. RHET. Her. 4, 51, 64 VARRO Men. 255. 457. CIC. Quinct. 28 haec dum Romae geruntur, Quinctius interea ... vi detruditur (CAES. Gall. 5, 22, 1 *al.* BELL. Afr. 36, 1. 93, 1 SALL. Catil. 32, 3 *al.* NEP. Dat. 5, 1 *al.* VERG. Aen. 7, 540 OV. met. 11, 484 LIV. 3,

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

23, 1 *al.* Vict. Vit. 2, 46. *cf. l. 53*). Caes. Gall. 5, 35, 7 *al.* Hirt. Gall. 8, 14, 1 Bell. Afr. 16, 2*?* 28, 1 Bell. Hisp. 36, 3 *al.* Sall. Iug. 52, 5. 58, 1 *al.* Nep. Dat. 4, 4 Verg. Aen. 1, 453 *al.* Cvlex 98 Moret. 51. Hor. sat. 1, 5, 13. 1, 9, 61 haec dum agit, e c c e, Fuscus Aristius occurrit (Ov. met. 3, 173. 10, 209. 11, 1 Sil. 13, 314 *al.* Homer. 403 Stat. silv. 2, 3, 21. Apvl. met. 2, 32. 9, 21 Clavd. 5, 494 Coripp. Ioh. 6, 465 *al.* *cf.* Sen. Phaedr. 1025 dum ... quaerimus, totum e n [en totum *codd.*] mare immugit). 2, 8, 80 Prop. 3, 8, 31 Ov. epist. 14, 67. 17, 53 *al.* met. 3, 426 dum ... petit, petitur, pariterque accendit et ardet. Liv. 1, 11, 1 dum ea ibi Romani gerunt, ... exercitus ... incursionem facit. 2, 65, 3 *al.* Phaedr. 1, 9, 6 *al.* Sen. apocol. 12, 1 Herc. O. 736 *al.* Cvrt. 4, 5, 21 *al.* Lvcan. 1, 605 *al.* Petron. 97, 1 *al.* Val. Fl. 2, 347 *al.* 5, 169 tum ... audiri ... Titan vociferans, ... dum vellitur artus. Sil. 2, 173 *al.* 4, 489 dum ... petit ..., i n t e r d u m rapta ... alno ... texit ... classem. 5, 162 dum ... moratur haruspex, solum i a m superest ... imponere (8, 242 Apvl. met. 6, 31). Homer. 551 *al.* Stat. Theb. 2, 624 *al.* 4, 579 Qvint. inst. 12, 10, 24 Tac. ann. 2, 7 *al.* Apvl. met. 1, 2 a c d u m ... adfectat, ... tertium me facio (*sic saepius in principio periodi* ac dum: 1, 12 *al.* [dumque: 2, 31 *al.*]). 1, 7 dum ... revortor, ... evado. 1, 16 *al.* 9, 5 dum ... ille ... proficiscitur, statim ... inrepit ... adulter. Ivst. 5, 1, 1 Avr. Vict. Caes. 3, 16 Avson. 436, 1 *al.* Amm. 14, 2, 10. 18, 3, 1 *al.* Clavd. Don. Aen. 10, 493 *al.* Vvlg. Iudith 7, 6 Clavd. 5, 370 Mart. Cap. 1, 5. 8 *al.* Romvl. fab. Aesop. 59, 10. 69, 20 Alc. Avit. carm. 1, 146 Drac. Orest. 22 *al.* Cassiod. var. 7, 8, 2 dum captos respicit, tunc ... cognoscit. Ios. c. Ap. 1, 144 consonat ... Philostratus ..., dum ... meminit (μεμνημένος). Greg. Tvr. Iul. 23 Coripp. Ioh. 1, 38 *al.* Vita Caes. Arel. 1, 13 Carm. epigr. 462*?* *nota verbum sententiae primariae omissum*: Sil. 11, 542 ea dum memorat, ... conversus in ora Hannonis ...: 'iamne ... probamus?' Apvl. met. 5, 16 dum ... redeunt, sic secum altercantes 'quid' *eqs.* Itala Ezech. 37, 7 (Tert. resurr. 29 p. 66, 27) et ecce vox, dum propheto (ἐν τῷ ἐμὲ προφητεῦσαι, Vvlg. prophetante me). Mart. 5, 8, 4 *v. infra l. 79.* (II) *enunt. primar. perf., acced. p r a e s. h i s t. (l. 40 al.), i m p e r f. (l. 44. 50. 56. 58. 61. 65. 69 et saepius, v. etiam p. 2206, 23)*: Plavt. Amph. 1098 dum haec a g u n t u r, interea ... audivimus (Sall. Catil. 50, 1 Liv. 5, 17, 6 *al.* Petron. 125, 1 [*loco mutilo*]. Amm. 14, 5, 1 *al.* Anon. Vales. 12, 62 Hist. Apoll. rec. A *et* B 31). Bacch. 951 Cas. 241. 567. 976 Cist. 90. Curc. 682 minas dum solvit, omnis mensas transiit. Epid. 650. 669 Men. 449. Merc. 97 dum ... ambulo, hospes me ... adgnovit, ad cenam vocat (*cf. l. 72 sqq.*). Poen. 803. 1317. Pseud. 1279 dum enitor, ... iam ... inquinavi pallium (Liv. 1, 25, 9. 6, 4, 11. 21, 7, 1 Sil. 4, 49 *al.*). Rud. 368. Trin. 30 dum illi aegrotant, interim ... succrevere. 166. 839. Ter. Hec. 801/2 totum desedi diem, ... dum exspecto .... itaque ... dum illi sedeo, ut quisque venerat, accedebam. Haut. 242. 257 *al.* Titin. com. 29 Tvrpil. com. 149 Pompon. Atell. 190. Mancia or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 Varro Men. 103 Cic. Verr. II 4, 4. 56 Manil. 22 Pis. 53 Mil. 28 *al.* Cass. Cic. epist. 12, 12, 2 Catvll. 99, 1. Lvcr. 5, 55 dum rationes persequor ..., ... (5, 64) huc rationis detulit ordo. Caes. Gall. 1, 27, 4. 1, 39, 1 *al.* 6, 7, 1 dum haec a Caesare g e r u n t u r, Treveri ... adoriri parabant (Bell. Alex. 34, 1 Bell. Hisp. 36, 1 Sall. Iug. 32, 2 Verg. Aen. 9, 1 [*cf.* Serv. auct.] Ov. met. 3, 316 Liv. 2, 31, 1 *al.* Vell. 2, 37, 1 *al.* Sil. 10, 449 Tac. hist. 2, 87 *al.* Treb. Gall. 11, 1. Evtr. 9, 10 [ταύτης οὔσης ... τῆς καταστάσεως]. Vict. Vit. 1, 17). Bell. Alex. 37, 3. Bell. Afr. 15, 1 pedites ... dum equites ... prosequuntur, ... vulnerabantur. 53, 1 Bell. Hisp. 25, 8. 27, 1 *al.* Sall. Catil. 50, 1 dum legatis ... praemia decernuntur, liberti ... sollicitabant. Iug. 22, 1 Nep. Lys. 4, 2 *al.* Verg. ecl. 8, 106 georg. 3, 487. 4, 348. 560 haec ... canebam ..., Caesar dum ... fulminat *eqs.* Aen. 1, 494 *al.* 9, 368 Hor. carm. 1, 10, 11 *al.* Priap. 12, 8. Prop. 3, 7, 7 dum ... sequitur, ... excidit (*praes.?*) ... et ... natat. 4, 1b, 93. 95 *al.* Ov. am. 3, 1, 5 *al.* met. 5, 675. 6, 324 dum pascua lustro, e c c e ... stabat (Coripp. Ioh. 4, 136). 6, 619. 12, 148 trist. 3, 9, 13 Imp. Avg. Suet. Aug. 76, 2 Liv. 1, 27, 11. 2, 10, 9 *al.* perioch. 2 p. 5, 19. 28 p. 34, 16 dum ... morbo implicitus est (*nota pro praes.*), ... discussit. Manil. 5, 94 Sen. contr. 1, 2, 23 *al.* *nota* contr. 7 pr. 1. 10 pr. 2 saepe, dum amicitur, discebat. Vell. 1, 7, 2 *al.* Val. Max. 1, 5, 4 *al.* 8, 7 ext. 3 *Plato* Aegyptum peragravit, dum (ubi *D, Halm*) ... rationem percipit (-cepit *Halm*). Phaedr. 2, 8, 24 *al.* Sen. apocol. 4, 2 Herc. f. 571. Herc. O. 499 me ... dum .. habet, repetebat Argos. 572 dial. 10, 4, 5 *al.* Octavia 724 Cvrt. 4, 6, 17 *al.* Lvcan. 1, 207 *al.* Petron. 6, 1. 2 *al.* Calp. ecl. 7, 7, 11 Plin. nat. 7, 181. 182 (*saepius alternantibus* cum *et* dum). Val. Fl. 1, 492. 2, 451 *al.* Sil. 1, 142 *al.* 3, 160 dum perlustrat ..., tandem ... cessit ... belligeramque datur somno componere mentem (*sim. perf. et praes. iuxta posita*: 3, 692. 4, 236. 582 *al.* Stat. Theb. 8, 450 *al.*; *cf. supra l. 40*). *nota* Sil. 8, 61 ea, dum flavas bis tondet messor aristas, servata interea sedes. Homer. 303 *al.* Stat. Theb. 1, 66. 1, 565. 11, 179 Mart. epigr. 22, 1 *al.* 1, 62, 3 dum m o d o Lucrino, m o d o se permittit Averno ..., incidit in flammas (2, 64, 1). 4, 61, 10 cum subito abires, dum fugis, loquebaris. 5, 8, 4 Qvint. inst. 3, 6, 25. 4, 1, 61. 12, 9, 13 quae fortia, dum dicuntur, videbantur, stulta, cum laeserunt, vocantur. decl. 279 p. 138, 29 (*opp.* cum). 291 p. 161, 23 *al.* Ivv. 3, 10 Tac. Agr. 7, 2 *al.* hist. 3, 33 *al.* Plin. epist. 2, 1, 5. 3, 5, 14. 3 9, 35 *al.* Svet. Iul. 4, 1 *al.* Flor. epit. 2, 12, 1 *al.* Avr. Fronto p. 70, 5 N. Fronto p. 89, 18 Argvm. Plaut. Amph. 2, 3 Mil. 1, 2 Gran. Lic. p. 20, 3. 4 Pompon. dig. 45, 3, 40 Apvl. met. 1, 4. 3, 25 *al.* 8, 19 dum ... gestiunt ..., ... proximat virisque ... genua contingens sic adorabat. Min. Fel. 33, 3 *al.* Tryph. dig. 49, 17, 19, 2 Vlp. dig. 4, 3, 7, 3. Pavl. dig. 31, 84 quae m e d i o t e m p o r e adquisiit domino, dum moratur praestare libertatem (Ivst. 3, 2, 7). Sol. 1, 8 *al.* Capitol. Max. Balb. 8, 2 *al.* Spart. Hadr. 14, 5 *al.* Treb. trig. tyr. 29, 1 *al.* Vopisc. Aurelian. 18, 3 Tac. 2, 6 Lact. inst. 1, 21, 35 *al.* Ivst. 7, 6, 12 Vir. ill. 4, 4 Avr. Vict. Caes. 38, 3. Evtr. 9, 18, 1 dum bellum ... gerit (μαχόμενος), res ... gessit. Avson. 10, 7 *al.* 335 (*opp.* antequam). Amm. 15, 3, 10 *al.* 20, 6, 7 dum ... adhuc ... certatur ..., ... complebant. Anon. Vales. 14, 81 Clavd. Don. Aen. 2, 55 p. 154, 27. 12, 388. 952 (*opp.* antequam). Veg. mil. 1 pr. Fvlg. aet. mund. p. 151, 21 Hier. epist. 36, 5, 1 *al.* Vvlg. psalm. 26, 2 dum appropiant ..., ipsi infirmati sunt (ἐν τῷ ἐγγίζειν). Matth. 13, 4 dum seminat, ... ceciderunt (ἐν τῷ σπείρειν αὐτόν). Rvfin. Ios. bell. Iud. 5, 6 dum ... praetervehuntur (περιπλεόντων), ... contigit. Clavd. 18, 35 *al.* Merob. poet. 30 Avg. civ. 1, 18 p. 30 D. *al.* Comm. instr. 2, 29, 9 *al.* Itin. Anton. Plac. rec. A 8 (tunc *rec. B*). Svlp. Sev. chron. 1, 26, 2 *al.* Barnab. 1, 4. Sidon. epist. 8, 6, 13 *al.* Sedvl. carm. pasch. 1, 121 (op. pasch. 1, 6 p. 182, 12). Pavl. Petr. Mart. 2, 669 Alc. Avit. carm. 6, 70 Drac. Romul. 6, 3 *al.* Ennod. carm. 2, 66, 1 (*ibid.* 3 cum). Iord. Get. 9, 60 *al.* Greg. Tvr. Iul. 37 *al.* Hist. Apoll. rec. A 1 p. 2, 14 dum miratur (mirans *rec. B*) ..., ... coepit celare. Coripp. Ioh. 2, 450 *al.* Nicet. vigil. 6 Carm. epigr. 399, 2. (III) *enunt. primar. p l u s q. (acced. i m p e r f. infra l. 33)*: Enn. ann. 364 dum transit striderat hasta. Cic. Verr. II 5, 91 haec dum a g u n t u r, interea Cleomenes ... pervenerat (Sall. hist. 3, 96 A, 6 Liv. 3, 17, 12). Att. 10, 16, 5 (*margo edit. Lambini,* cum *codd.*). Verg. ecl. 7, 6 dum ... defendo ..., ... caper deerraverat. Aen. 6, 171 (*cf.* 6, 338). Hor. epist. 2, 2, 27 Ov. am. 3, 5, 17 met. 5, 535. 14, 341 *al.* Liv. 2, 53, 4 dum haec ad Veios g e r u n t u r, Volsci ... posuerant castra (9, 32, 1 *al.* Vell. 2, 4, 1 *al.* Cvrt. 9, 7, 1). 21, 29, 1 *al.* Liv. perioch. 29 p. 36, 12 Sen. contr. 9, 5, 2 Vell. 2, 88, 1 Val. Max. 3, 3 ext. 4 Sen. dial. 6, 22, 8. *nota* Cvrt. 4, 15, 30 dum ... haesitat, sensim Persae cedebant et laxaverant ordines (*sim. imperf. iuxta plusq.*: Sil. 2, 148 [*v. l. 35*]. 7, 494. 9, 92 *al.*). Ascon. tog. cand. p. 71, 20 Lvcan. 4, 692. Sil. 2, 148 dum cadit ... advena ..., iam ... Theron effuderat agmen et ... miscebat ... proelia (7, 90. 494. 9, 166 *al.* Apvl. met. 2, 27 dum ... reminiscor ..., ecce iam ... processerat. 6, 26 *al.*). 2, 391. 642 dum ... clamat *Eurymedon* ..., e c c e simul iugulum perfoderat ense Lycormas (Stat. Theb. 10, 463. Apvl. met. 2, 27 *v. supra l. 37*). 5, 230 *al.* Stat. Theb. 11, 140 Gran. Lic. p. 27, 10 Spart. Carac. 10, 6 Amm. 29, 1, 4 *al.* Clavd. Don. Aen. 6, 535 p. 579, 9 Drac. Romul. 8, 441.

p e n d e t: ex enunt. secund. per c o n i u n c t i v u m: Plavt. Merc. 924 mater irata est patri ..., quia scortum ... adduxerit ..., dum ... ipsa abest. Most. 1018 mecum ut ille hic gesserit, dum tu hinc abes, negoti? Varro rust. 2, 6, 1 Cic. fin. 5, 50 Bell. Hisp. 1, 1. 16, 2. Hor. epist. 1, 2, 61 Ov. epist. 2, 15. 19, 204 *al.* Liv. 2, 53, 1 Val. Max. 3, 2 ext. 2. 8, 7, 2 Sen. dial. 4, 6, 2 Lvcan. 7, 623 Calp. ecl. 4, 119 Plin. nat. 9, 14 *al.* Stat. Theb. 8, 511 tenebo, quotiens sudaverit aegis ... mihi, ... dum (cum *al.*) ... omnes lustro ... terras. silv. 1, 4, 118 testor ..., quis nocte timor, dum ... auguror (*sim. sine verbo* Plin. epist. 3, 9, 35 quaeris quid nos, dum haec aguntur). Mart. 8, 48, 1 Qvint. inst. 11, 3, 48. decl. 306 p. 200, 4. 338 p. 336, 27. Tac. hist. 1, 9 quies et Illyrico, quamquam ... legiones, dum ... cunctantur, Verginium ... adissent. Plin. epist. 6, 22, 4 *al.* Flor. epit. 4, 12, 66 ut ... iam tum, dum colit terras, ... consecraretur. Gran. Lic. p. 22, 7. Vlp. coll. Mos. 1, 11, 2 Sol. 7, 23 Clavd. Don. Aen. 5, 705. Barnab. 12, 2. *ex i n f i n i t i v o*: Ter. Hec. 829 dicit ... sese illi anulum, dum luctat, detraxisse. Cic. ad Q. fr. 3, 5 (6), 5 Catvll. 99, 5 Verg. ecl. 10, 71 Aen. 10, 191 Hor. carm. 3, 7, 18. Tib. 1, 3, 25 quid mihi prosunt ..., pie dum (deum *A*) sacra colis, ... lavari te ... et ... secubuisse. Sen. dial. 1, 2, 11 spectasse ... deos, ⟨dum⟩ ille vir ... instruit ..., dum ... tractat, dum ... infigit, dum ... spargit. 2, 2, 1. Cvrt. 9, 10, 21. Mela 1, 59 litteris servant, dum Aegyptii sunt, quater cursus suos vertisse sidera. Stat. Theb. 9, 402 silv. 2, 7, 102 *al.* Qvint. inst. 5, 10, 34 decl. 279 p. 139, 31 Frontin. aq. 7. Svet. Tib. 14, 4 illum ... eo ipso momento, dum spatiatur una, praecipitare. Scaev. dig. 31, 88, 16 Apvl. apol. 61 Pavl. dig. 3, 5, 33 Sol. 5, 4 Ivst. 9, 2, 11 Avson. 361, 36 Amm. 18, 2, 12 Clavd. 5, 66. *ex p a r t e sententiae*: Sall. Catil. 36, 1 commoratus ..., dum ... exornat, ... contendit. Iug. 101, 9 Tib. 1, 3, 55 Eleg. in Maecen. 1, 48 Liv. 7, 24, 3. 7, 34, 9 *al.* Val. Max. 5, 1 ext. 6 Phaedr. 1, 12, 5 Sen. Herc. O. 367 Cvrt. 8, 13, 15. 9, 5, 17 Petron. 89, 27 ibat iuventus capta, dum Troiam capit. 112, 6 *al.* Plin. nat. 9, 27. 10, 145 Sil. 2, 87 *al.* Mart. 4, 73, 5 Qvint. inst. 11, 2, 38 Ivv. 9, 7 Tac. ann. 16, 21 hist. 4, 33 Flor. epit. 3, 4, 5. *nota* Ps. Qvint. decl. 1, 9 dono illud: dum ... egreditur, dum ... fallit ...: quid postea agit? Ivst. 24, 8, 5.

γ p r a e s. h i s t. et p r a e t e r i t u m: Sen. Herc. O. 677 dum petit ... patrioque ... constitit axe nec ... decurrit ..., ... perdidit. Apvl. met. 10, 35 dum magister ... inservit et ... tribuebatur arbitrium nec ... quisquam ... putabat ...: ... iam cursu me ... proripio. *cf.* Greg. Tvr. Iul. 10 quidam dum ... amisisset, ... conabatur ...; quod dum agit, ... sentit.

δ i m p e r f. (p l u s q. pro imperf. p. 2207, 14): (I) *enunt. primar.*

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praeterit.: Cic. S. Rosc. 91 dŭm is in aliis rebus erat occupatus . . ., erant interea qui (*cf. Sommer, Rh. Mus. 74, 1925, 217, 2*). Att. 6, 6, 3 dum impendere Parthi videbantur, statueram. Bell. Afr. 51, 6 dum haec opera . . . fiebant . . ., interim pars . . . stabat. Nep. Hann. 2, 4 divina res dum conficiebatur, quaesivit *eqs.* Prop. 4, 10, 33. Ov. Ib. 591 Lavd. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 10 Liv. 5, 47, 1. 10, 40, 9. 35, 31, 1 dum . . . bellum erat, legati . . . circuire. Svet. Vesp. 21 dum salutabatur, . . . calciabat ipse se. Apvl. met. 5, 28 interim dum Psyche . . . circumibat, at ille vulnere . . . dolens . . . ingemebat (at *del. Schiopp., cf. vol. I 1007, 13*). Clavd. Don. Aen. 4, 635 Amm. 19, 11, 12. 27, 10, 14 *al.* 31, 13, 8 dum multitudo tolerabatur . . ., . . . steterant. Schol. Hor. carm. 1, 2, 5 *saepius.* Cod. Theod. 14, 4, 10, 4 (*a. 419*). Vita Vedast. 9 Carm. epigr. 518, 9. 1165. (II) *enuntiat. primar. praes.* (*perf. infra l. 18*): Liv. 32, 24, 5 dum . . . animos . . . hostium certamen averterat (*i. dum aliud agebant*), . . . capitur murus. Homer. 379. 703 dum . . . carpebant, venit e c c e *eqs.* (Apvl. met. 7, 26 dum puerum . . . parentes . . . querebantur, [et] adveniens ecce rusticus . . . flagitat. Sidon. epist. 2, 9, 6). Gell. 2, 2, 5 sella . . ., dum aliae promebantur, apposita est. Ven. Fort. carm. 10, 6, 129. *aliter v. infra l. 51.*

pendet: ex enunt. secund. per coni.: Scaev. dig. 35, 2, 90 miles si, dum paganus erat, fecerit testamentum. Cod. Iust. 2, 55, 4, 2 sive ab initio hoc fuerit . . . scriptum vel . . . depositum, dum arbiter eligebatur. *ex inf.*: Ov. met. 4, 784 dum (cum *E. Hoffmann*) . . . ipsam . . . tenebat, eripuisse caput collo. *ex parte sent.*: Liv. 10, 36, 16 dum haec . . . gerebantur, . . . occupare conati. Amm. 31, 5, 6 nuntio doctus, dum vino marcebat et somno.

ε *perf.*: (I) *enunt. primar. perf.*: Plavt. Amph. 599 uti quicque actum est, dum apud hostis sedimus, edissertavit. Mil. 505 quod meas confregisti . . . tegulas, ibi dum sectatu's (sectaris *Serv. georg. 4, 296*) simiam. *ex coni.* 823. Stich. 628 dum parasitus . . . fuisti, rem confregimus. Tvrpil. com. 173 dum ego conixi somno, hic . . . prospexit. Cic. Mur. 55 qui primum, dum . . . in hunc ascendere gradum dignitatis conatus est, vēnit in periculum *eqs.* Att. 7, 21, 1 Ov. met. 7, 530. 15, 847. Sen. contr. exc. 2, 2. Val. Max. 8, 5, 5 Cicero . . . testis abiectus est, dum . . . iuravit (8, 1 absol. 7 *v. p. 2211, 46*). Sen. Herc. O. 812. *nota* Spart. Did. 6, 3 dum haec egit (agit *Casaub.*) Iulianus, Severus classem . . . occupat, legati . . . ad Severum transierunt. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 5, 8 accesserunt . . . milites, et ipse . . . veniebat, dum interea Vespasianus . . . subegit (ἐν δὲ τούτῳ). Greg. Tvr. Franc. 9, 6 p. 363, 11 Bavdon. vita Radeg. 2, 9. Corp. VI 36015, 4 fecit sibi, dum vixit. (II) *enunt. primar. praes.*: Cvrt. 10, 2, 26 ceterorum, dum etiam spei vestrae obviam istis, arma quoque pignori sunt. Dares 24 dum . . . eum spoliare coepit, Achilles intervēnit. Amm. 30, 3, 7 *Franciam* dum vastando perrupit (-rumpit *G*), oppetit . . . circumventus. Ven. Fort. carm. 1, 5, 19 cui, dum vestivit egenum, . . . bracchia gemma tegit.

pendet: ex coni.: Cic. epist. 2, 16, 5 quos ille dies sustinuerit, in urbe dum fuit. *ex parte sent.*: Cvrt. 10, 1, 43 litteras . . . accipit de rebus in Europa . . . gestis, dum ipse Indiam subegit (subigit *plerique edd.*).

ζ *plusq.*: Amm. 27, 11, 1 Rufino absoluto vita, dum administrarat (-[ar]at *Clark, frustra; cf. Bickel Gött. G. Anz. 1918, 277*). *aliter v. supra l. 14.*

